




S 77107





W R A T I S L A V I A  
S I V E  
B V D O R G I S  
C E L E B R I S E L Y S I O R V M  
M E T R O P O L I S,  
D E S C R I P T A

A  
*Thobia Cobero Poëta Laur. & Medi-  
cinæ studioso.*

*Annus descriptæ Vratislaviae,*

■ C C E V I G I L p a t r i s p r æ s t a n t i a D o n a I E H O V A E  
s i n g V L a q v æ r e L I q v æ C V n C t a B V D o r g I s h a b e t.



L I P S I Æ,  
E X O F F I C I N A T Y P O G R A P H I C A  
A B R A H A M I L A M B E R G I.

---

Anno M. D. XCIII.



461594 I



MAGNIFICO, AMPLISSIMO ET PRAESTANTISSIMO SENATU  
 inclytæ Reip. Vratislauenſis, viris nobilitate generis, autoritate, ſapientia, prudentia, virtutibus denique omnibus ſpectatiſſimis & ornatiſſimis, Dominis & Patronis ſuis omni animi ſubmiſſione officioſe colendis,  
 S. P. D.



Vi venerandæ antiquitatis, Magnifici, Ampliſſimi, & Honoratiſſimi Viri, ſapienter dicta prudenterque facta memoriæ prodiderunt: minimè ſiccò pede prætergreſſi ſunt edictum illud: quod flagrans heroici animi impetus nulla ſortis aduerſæ rabie deferueſcens Alexandro Magno Macedum, totiusque ferè orbis Regi extorſit. Ille enim cum iam Gymnoſophiſtas extremosque Indos victrici phalange adreſſet, tertiarumque Monarchiæ limites totum penè orbem, ſi non armis, fama tamen ſtatuiffet: indignum arbitratus: ſi ille cuius iam laudes toto terrarum ambitu percrebuiſſent, poſteritati rudioribus aut tabulis vel ſtatuſ exhiberetur: ne quis

præter Apellem Coum pingendo, Lyfippum verò Sycionium fingendo, in ipsius effigie repræsentanda exerceretur, regaliter edixit. Et mihi quidem penitiores huius mandati recessus perscrutanti, non vanæ perituræq; gloriolæ prurigine Alexander exæstuans superbiam indulgere, sed ne rerum ab ipso gestarum fulgor, ignobilioris audaciæ fuligine obfuscaretur præcauere voluisse est visus. Itaq; cum me proximè ad scopum collimasse putarem, parum aberat: quin eo ipso edicto meam audaciam proscribi statuens, nunquam à me perficiendo, perpoliendoque operi in laudatione inlytæ V. Ampl. & Mag. Reipub. supersedissem. Cùm enim, quod subeundæ sarcinæ molem meis imparem humeris contra instantes mētis flagitationes protestabar: tum insolito Maiestatis iubare etiam viuacissimos ne dum lipientes Aquilæ oculos obscœnari posse haud obscure sentiebam. Idcirco cum in more priscorum Rhetorum positum fuisse recordarer: in laudationibus insolentioribus seligendis ita occupari, vt etiam ad inhonestæ quæq; specimen eloquentiæ aut arrogantis edituri miris verborum ampullis exaggeranda, animum adiecerint: aut dignorum encomiorum materiam defuisse, aut

tituban-



titubantis facundiæ egestatem ad meritissimas laudes ipsiſ successum denegasse statuendum existimaui. Idq; adeò quod fuerim suspicatus rerum Magistra experientia facilè me edocuit. Cùm enim fide dignissimorum clarissimorumq; hominum publicis elogijs in dyltam V. Magn. & Ampl. urbem ad cœlum vsque extolli viderem: hisq; omnibus manifesto assensu solertissimus Curæus suffragaretur: plurimi etiam ex V. Magn. & Ampl. alumnis ipsius assertis nequitiam fidem derogandam contestarentur, crebris præterea rumoribus de V. Magn. & Ampl. optimo statu diuulgaretur: cum vna in vrbe cuncta fortunæ superumq; munera contra fata penè coaluisse arbitrarer: vel mihi præſenti hæſitationis scrupulos eximendos esse duxi. Quid multa? veni, vidi, vici, non vt Pharnacen Iulius, sed ambiguas animi velitationes certiore euentu proſtigando. Quæ enim de admiranda virtutum fortunarumq; omnium indissolubili ſocietate, qua Rempub. V. Ampl. & Magn. politissimam triumphare audieram: mira licet, vera tamen, imo certis certiora esse vidi, penitusq; cognoui.

Quæ cùm laudatissima essent: hîc Antalcidæ illius  
 reprehensionem, cuius Plutarchus meminit, locum  
 non habituram arbitrabar: qui Sophistæ cuiusdam  
 laudes Herculis decantaturi dicacitatem compes-  
 cuerat: quærendo, cur tantum Heroem celebrare  
 conaretur, qui quascunq; iniurias rerum gesta-  
 rum gloria penitus retunderet? Etsi enim, si quis  
 conuitijs V. Magn. & Ampl. Rempublicam pro-  
 scindere adniteretur, Lunam, quod canum est, al-  
 latraret: tamen etiam in ijs, quæ laudatissima sunt,  
 non absq; magno negotio remos esse lentandos, est  
 in confesso. Maximè autem si tanta bonorum Ili-  
 ade obruamur: vt quemadmodum nos in cultissi-  
 mis fertilissimarum arborum hortis deambulantes  
 quosnam primo fructus decerpando delibemus  
 hæsitamus: sic mens assiduè laudandarum rerum  
 ethesijs titubans vacillare cogatur. Quæ quidem  
 hæsitatio nisi me in cogitatione commodorum tã-  
 torum defixum inuoluisset: citius equidem me in  
 portum recepissem. Cùm itaq; gratulabundo ani-  
 mo tantam V. Ampl. & Mag. felicitatem diutur-  
 nam imò perpetuam vehementer precatus fuif-  
 sem: non ignorans, è salubri hac scaturigine per to-  
 tam ferè Silesiam munera huic vrbi peculiaria spa-  
 ciosis canalibus deriuari: tali Repub. verè Ideam  
 exhi-

exhiberi illius ciuitatis, cuius vmbatile potius simulacrum, quàm vsquam gentium condendæ Plato per transfennas delineasse videtur, sum arbitratus. Etsi enim laus superis, Germania nostra vix vllis Europæ oris numero potentiâq; ciuitatum postponenda, nonnullis præferenda videatur: æmulatione tamen mutua quodammodo de Maiestate inter se digladiantur. Et hac quidem in palæstra cum cultissima Norinberga palmam reliquis vix non præripiat: videtur tamen inclyta V. Mag. & Ampl. Respub. (Nam ex illa moribus & legibus deducta quasi colonia est) vno eodemq; dignitatis fastigio, collocari posse. Enimuerò quæ præstantissimis aliquot vrbibus, sterili circumquaq; saburra fœcunditatem agrorū retardante, natura denegauit: quamuis nobilissima ingeniorum cultura abundè rependat: munificentia tamen diuinæ admirabile donum esse dubitandum non est: si agrorum vbertatem fœlix ingeniorum luxuries fausto successu concomitatur. Concomitatur autem ita: vt si longis verborum ambagibus nequicquam insuauifelicитatis harmonia, delineãda exerceret, inconcinnior cunctis forsan & meritò quidem statuerer: cum non modo celeberrimorum hominum encomijs æternitati sint consecrata, sed etiam virtutum cultissimarum splendore  
magis

magis magisque ita elucescant: ut neque prosperior  
 successus aspirantis fortis ethelrjs adiutus in præ-  
 cipitium deducturus, nec austerior fortunæ Bo-  
 reas quicquam contra dignitatem maiestatemque  
 extorsurus merito statuatur. Et mihi quidem in  
 iucundissima felicitatis huius contemplatione de-  
 fixo: unde nam ea primò promanasset indagan-  
 dum sum arbitratus. Itaque cum in hybernis Silesi-  
 acis commorarer: quodcumque tempus grauiori-  
 bus subtractum studijs comparseram: id omne  
 iucundissimæ historiæ lectioni mancipan-  
 dum impendendumque existimabam. Cuius ego  
 instituti optatum finem persequendo, fructum  
 sanè vberimum feliciter decerpsi: cum lectione  
 annalium nostratium, reuolutis priscis tempori-  
 bus qualescunque studiorum molestias edulcoras-  
 sem. Iucunditatis enim suauissimæ nectar utili-  
 tatis ambrosiam redolens, nihil non suaue, nihil  
 non gratum salubreque exhalabat. Ne tamen graui  
 obliuionis contagio potus Lethes memoriam ir-  
 roraret: illius deuitandi causa, qua vena nescio,  
 distichorum numeralium chaos coaceruavi: in  
 quo, cum præcipuas partes inclutam V. Magn.  
 & Ampl. Rempub. sibi summo iure vendicare  
 sentiuissem, integram metropolis Chronologiam  
 delineauit.

delineaturus, præter spem eò sum deductus: unde nisi animoso luctamine, aut manifesta hæsitacionis nota, quorum hoc horrentis venæ scabritiem, alterum temporis patriæq; fauorem occinebat, regressus non daretur. Vicit tamen amor patriæ temporisq; qualiacunq; halcyonia: neue satis audacem calamum mihi extorqueri paterer, tandem perfecit. Suscipiat itaq; V. Mag. & Ampl. Magnifici, Amplissimi, & Honoratissimi viri Chronologicum præsentisq; felicitatis inclytæ V. Mag. & Ampl. vrbis poëma: quod si strigosius censebitur (& meritò censebitur) non illud oscitantis venulæ ieiunis metris, sed inclytæ V. Mag. & Amp. Reipub. fulgori maiestatiq;, quæ omnem ornatum, ornatissima ipsa, penitus fastidit, imputandum censeat. Qua quidem in re si V. Ampl, se mihi facilem, vt neutiquam diffido, dederit: forsitan tempus erit: quo primæ huius adumbrationis simpliciora lineamenta coloribus aptis illustrans, si non quod Apelles in Alexandro pingendo exhibuit præstitero, saltem præstare voluisse V. Mag. & Ampl. cognoscere possit. Interea V. Magn. & Ampl. summam perpetuamq; felicitatem vnico inclusurus voto, vehementer opto: ne vnquam inclyta V. Mag. & Ampl. Respub. sibi

fit dissimilis : sed triplicis regiminis faustissimos  
 fasces eo quo hactenus tam successu quàm constā-  
 tia feliciter prorogando conseruet. V. Magn. &  
 Ampl. optimè valeat, Dabantur Anno 1593. A-  
 prilis die 10. quo ante annos 256. Henrico VI.  
 principi Vratislouiensi vitâ functo hæreditario  
 iure ducatus vrbis V. Ampl. ad Ioannem I. Bo-  
 hemiæ Regem deuenit : qui maximo totius Rei-  
 publicæ applausu susceptus diuturnis, florenti-  
 busq; Bohemiæ sceptris fœlici fœdere hunc con-  
 sociavit : quæ quidem societas vt sub clementis.  
 Austriadum Imperio magis , magisq; coalescat,  
 vehementer opto.

V. Magn. & Ampl.

Obseruant, cliens

Thobias Coberus, P. L. & Medi-  
 cinæ studiosus

VVRA-

9  
VV R A T I S L A V I A .

**O**Rdior alueolos; non cerea regna, sed auro  
Præfulgens examen apum; & radiātia gemmis  
Atria; nec fisso rimosa cubilia libro:

Sed laribus cultæ formosa palatia *BRESLÆ*.

*BRESLA* mihi faueas; nimiū temeraria votū

Vota inuent alios; crepitantia sistra sonoro

Ille cothurnatis mandare sororibus optat

Carmine; Cocytistagnantes sulphure lymphas

Ille sitit; Stygij hic ripis Acherontis Auerni

Potat aquam; ac Hecaten ululatibus exciet antris:

Aut melior si flatu agit, reddatur ut astris:

Continuò aut Heliconæ crepat, Peneia tempe:

Vel cupidus lymphas Aganippidos Hippocrenes

Spargit; & Aonio rorat sua dona liquore:

Cede superstitio vanorum Argiua Pelasgum;

Unica nympha meis riguo formosior horto:

Blandior aurora; maturis gratior unis;

Dulcior Hyblæo melle; & speciosior ostro;

Cynthia amabilior; Phæbo fulgentior orto;

Lumine splendidior; gelidis optatior undis:

Tigride feruidior; placido mansueior agno

Æstibus hybernis, grata iucundior umbra.

Poscetur sacris *BRESLA* incluta & unica votis

Calliopes metris; cuius spaciemur ad aras  
 Sacratas Christo, & Verae pietatis alumnis.

Vos larices, vos arua voco, quae spumeus undis  
 Odera fertilibus lambit, cerealibus suctis  
 Farras rigans undis, medioq; reconditis alveo  
 Incluta formosa quae propugnacula **BRESLAE**:  
 Quae nympham nunc ora tenet? Breslam cupis? imò  
 Gurgite distractus mihi reddidit Odera ripis:  
 Anne Maandrais in flexibus errat? an ornis  
 Atq; racemiferis praecincta theatra corymbis  
 Antra colit? mox orsa refert sic ore vicissim  
 Odera arenoso flauus se gurgite tollens.

Quamuis Naiadum pulcherrima Bresla superba  
 Mole noua latices nostrasq; coegerit undas:  
 Ut medio firmata lacu noua mœnia surgant  
 Hostibus infensa, immaniq; perosa Gradivo:  
 Attamen his delubra Dei, Themidosq; sacellum,  
 Subdita moratae, plebisq; habitacula praefert.  
 Hinc tuto residere foro, dominetur ut æquum,  
 Expediatq; Astra a sacra diuina bilancem  
 Aut loua resonare queant sacra pulpita verba,  
 Vel media Diuam degentem videris urbe.  
 Dixerat, & viridi praecinctus arundine pontem  
 Surgit ubi tutum piscoso gurgite asylum  
 Transmittit medijs submersus fluctibus amnis.

Inde



Inde greges tonsos, & funigerum comitatum  
 Pratergressus eram: magnâ comitante cæteruâ  
 Ut subito ingressa est Nympharum gloria Bresla:  
 Quam nec Demodoce, nec flava Lycorias arcu,  
 Nec velox Arethusa citis pernixq; sagittis  
 Insequitur; sed dia Fides, PIETASq; sacrata  
 Æmula Rypheus niuibus velamina gestans.  
 Ibat & ornatu non RELIGIO orba, sed ipsa  
 Lampade Phæbea, sed Obryzopulchrior auro.  
 Quin exosa reis, terrens formidine fontes,  
 Sanguine spumantem vibrabat cominus ensem  
 Castore nata Themis: passis ut crimina ferrum  
 Solis inardescens radijs, Furiasq; scelusq;  
 Interitum, & Stygijs sub aquis recluderet Orcum.

Ponè sequebatur claro Cynosura nitore,  
 Et Regina Deum cultu, castoq; pudore  
 Nata Iouis, Cytherea genis; Dyctinna lacertis.  
 Quæ fuerit dubitas? quæ Bresla pulchrior? ista  
 Somnia sunt vatum, perituraq; numina nullo  
 Fundamenta tenent Graijs molimine nugis.  
 Nos meliora iuuent, & sulta palatia vero  
 Qualia formosa rigido monumenta Budorgis  
 Robore sunt, nullis violandæ & viribus arces.  
 Ergo harum præses, veris dignissima Nympha  
 Laudibus, ut diuis comitantibus alta subiuit

5

*Atria, tento aditus, affatuq̄ ambio Nympham.*

*Nymphæ freti Divas undis & Oreadas æquans  
Montibus excultis Zephyritide pulchrior hortis  
Chloride age, abstrusas & causas pande latentes :*

*Cur Aganippæi cum plures fontis alumnos*

*Edideris Phæbo plenos & diuite vena*

*Quiq̄ Amphionia resonantibus æmula chordis*

*Plectra lyra Elysij mouerunt undiq̄ campis )*

*Hactenus Aonij tamen haud experta fructu*

*Sis duraturos venienti tempore fructus ?*

*Non etenim Heroos verus induta cothurnos*

*Verfibus experta est stellatum gloria Olympum :*

*Præteriti num sic abolefcet gratia facti ?*

*Nec benefacta iuuent, quod prima sub ætheris auras*

*Fuderis in tenerosq̄ insumferis vbera natos ?*

*Ille sed obtutu tacito, blandiffima vultu,*

*Ceu cum cælestes variat Thaumantias arcas*

*Reddit ad hæc: resonant nec eburnea plectra canoros*

*Consumfere modos: natisq̄ in carmine vis est,*

*Ut lepidam docta meditentur arundine Musam*

*Sed laudi patriæ nimium indulfisse, nec æquum,*

*Nec licitum est; & lior edax, impunẽ colubris*

*Pullulat infernis, virusq̄ eructat iniquum;*

*Inuigilet patrijs si quando penatibus apto*

*Musa metro, cunas, patriumve experta fauorem.*

*Et*

Et tua subijcio cedro monumenta, ebenoq̄,  
 Marmore vel Pario, & flauo calanda metallo,  
 Non memori clueant super aethera vecta trophæo:  
 Cumq̄ pharetrato Geta perfidus agmine nostrus  
 Urbibus immineat, truculento & fascibus ense  
 Pannonij acceleret damnum; tu indieta recedes  
 Sacratu Musis, Clariaq̄ silebere vena?  
 Cum populus, ac ære valens, cum diuite censu  
 Pene fatigatos defendas Pannonas armis  
 Sola: vel arato cataphractas robore turmas,  
 Aut acies mittens; glomerata aut agmina cogens,  
 Ultrices frameas validis crispantia dextris.

Fatur ad hæc, lacrumas singultibus intercludens  
 Nympha Lycæonium superans splendore Bootem.  
 Torpor iners, liuorq̄ ferox, discordi præceptis,  
 Nunc Mahometigenas violenta cæde cohortes  
 Præcipiti accelerant studio; iamq̄ ossibus albescent  
 Ingentes campi: rubicundas spumens Ister  
 Voluit aquas; misera & specto concisa meorum  
 Funera natorum, Musæq̄ in carmina torpent:  
 Perculsa damnis, Geticiq̄ timore Tyranni:  
 Tusi quid tua fata ferunt, reuerentia nostra,  
 Et patriæ sincerus amor, vel viribus impar  
 Admodulator opus; celebratamq̄ hæctenus urbem  
 Carminibus celebrato tuis tota ocyus urbe

Omne

Celebris V-  
ratslauen-  
sium Bibli-  
otheca.

Floruit sub  
Philadel-  
pho anno  
mundi 3704  
exulta anno  
3925.

Omne tibi rarum, & spectanda theatra patefcent,  
Dixit; & apprensus dextra deduxit ad eam,  
Sacram, ubi stellatos immensa cacumina fundis  
Bibliotheca polos; ditiq; sacrata recondit  
Dona penu: quo vix septemplex ostia Nili  
Et medio fundata freto Pharos ardua vidit  
Ditius: Aonias quamuis Ptolomæia virtus  
Accumularet opes; haustisq; liquoribus unda  
Castalia lustraret aquas, quas voluis in equor  
Nile Paratonios dum ditas messe colonos.  
Nam seu Thucydidis breuitas sit amata, vel ingens  
Copia Plutarchi, cretusue Antenoris urbe  
Liuius, aut Graium Danaus Chalchondiles autor:  
Seu spatia, & terras, immensaq; littora Ponti  
Visere vis, modicis hinc sunt inclusa theatris:  
Unde agiles animos mentemq; reuulseris agrè.  
Ipse quoq; orbatum doluissem temporis usu  
Meq; measq; Deas: totius gnara palatij  
Ni Nympha annales priscos, fastosq; vetustos  
(Mnemosynes donum) cælatos dentibus Indis  
Ære refulgentes, & splendida lasside fultos  
Recludens, medijs monstrasset sedibus ædis;  
Orsaq; sic placido me compellasset amore.  
En age, si magni quidquam tua Pieris audet:  
Ardua cum sudor, sudorem palma sequatur,

Hector

Hector Achillaos veluti prostratus honores  
 Auxit: & Alciden cæli Atlas mole leuatus:  
 Rhe: cumq; ducem Rutulus: fortemq; Procustes  
 Thesea: Iasoniam contemta pericula puppim;  
 Hoc cape lenimen quondam facundus amata  
 Curarum CVRÆV Sopus, quod protulit orbi:  
 Hoc duce carpe viam, biuijs ne pluribus anceps  
 Abripiare celer, nec tramite deuius erres:  
 Vt, qna senta situ, multos & operta per annos,  
 Gesta, canas; rerum memoris miranda cothurni  
 Argumenta suo demandans versibus euo,  
 Hac tibi testis erit: Fidei (cui credita semper  
 Bibliotheca cura fuit) monstrata clientem.

Dicta ego voce sequor: nō me, Dea Mincius antris  
 Umbrosis fouit; nec Hymettus, & Hybla recentes  
 Instillare fauos gelidā potuerē sub Arcto:  
 Hinc trepido titubare gradu pede claudus utroq;  
 Vix cæpi; nec ad arma minax Atlanta mouebo:  
 Aut iterum imponam nemorosa Pelion Ossa:  
 Sed mihi sit teneras laus prorepssisse per herbas  
 Et tenuis riui placidum tentare susurrum  
 Tu modo, Diua, faue: faueo illa ait, atq; Dearum  
 Cincta satellicio vallatis aggere pleno  
 Fornicibus subijt; gerras positura; suisq;  
 Firmamenta locis; ac fultas pumice pinnas:

Ioachimus  
 Curæus an-  
 naliū Ely-  
 siorum au-  
 tot.

*Quæ singultantes spumanti sanguine truncos  
Turcarum aethereo prosternant sulphuris igne.*

*Ast ego thuricremas iterum precesus ad aras,  
Exoropacemq̄ DEI, stabilemq̄ fauorem.*

Reipublicæ  
aristocraticæ  
dignitas.

*IOVA calescentes miseris mortalibus ignes  
Immittens, flammis socijs, ut corda tepefiant:*

*Neueferas imitatus homo spelæa frequentet  
Vivus ut ardor agat, vitæ & cælestis origo  
Spiritus aethereo quam ductus cardine sufflat:*

Religio in  
templis.

*Et facis ut pulsum virus parte exulet orbis,  
Grande quod eructat pecudis paleare suilli:*

Iustitia in  
curia.

*Iusticiæq̄ ultor sceleratos disjycis ausus  
Per leges stabiles; placidæ & commercia vitæ;*

Pax in œco-  
nomijs.

*Utq̄ larem pauper, diuesq̄ palatia, gratâ  
Pace colat, nitidis vis armis tecta tueri:*

*Cumq̄ boni fons sis bonitati encomia pleno  
Ore iubes dici: nostris allabere votis*

Historico  
Finiendum.

*Sancte pater, spes alma hominû, lapsu aethere flamê  
Ut sulcanda rates distento cæcula verrant*

*Carbaso adimpulse: prensâ & tellure patefcat  
Optatâ portus; nec fæda Charybdis adæsis*

Perrum-  
pendum.

*Cautibus appressas immenso distrahat alnos  
Vortice: nec monstris præcineta latrantib. inguen*

*Scylla trahens cymbas allisâ absorbeat unda;  
Insidijs & freta suis ne sepia furias*

Eiacu-

Eiaculetur aquas, atram infectura carinam;  
 Sed liceat saluam terris aduertere proram  
 Suffultam VERO, uegeto & virtutis alumno  
 CANDO RE, in vasto qui vix non exulat orbe.  
 Finieram, & visa est adytis Cortina reclusis  
 Mugire; ac adem assensu tremuisse IEHOVÆ.

Fugiendum.

Candidè a-  
gendum.Ordo car-  
minis.

Ergò nouis firmas imponens sedibus arces  
 Fundamenta loco, & designo mœnia fossis:  
 Fortunamq; loci, geniumq; penatibus apto  
 BRESLÆVM, Elysijs; annalibus abditaq; aura  
 Reddo: ac abstrusum penetralib. eruo verum.  
 Nec quæ fors, rerum præsens moderetur habenas  
 Mussando visum est tenebris inuoluere, & umbris.  
 Præmonstrante fide; quæ calles tramitis usi  
 Monstrabat; Musæq; gradus firmabat anhele.

Dicite nunc Dryades, fontanaq; numina Nymphæ.  
 Hæ fortè alternis hyali saturata colore  
 (Cum Dryadū Nymphæ turbâ sua pensa trahebant)  
 Quæ fuerit facies rerum (nam nosse potestis  
 Cum dudum Viader patrÿs vos cinxerit vlnis,  
 Aut muscosa sacris pinetis antra colatis)  
 Elysijs campis? cum nondum ingentibus ausis  
 Inclytus ornasset formosâ Teuto BVDO RGI  
 Erigones campos? nec barbara legibus æquis  
 Frena coarctasset? lepido Viadrina susurro

Insignis Viadrina comis **INSIGNIBVS** apta  
**BRESLÆIS**, responsa dabat: quot syrtis arenas  
 Cinnama Sabæi, Thetys æquora, Trinasris herbas,  
 Enneis producit agris, & gloria Tempe:  
 Alta tot horrebant querceta palustribus alnis

Silesia quon-  
 dam horri-  
 da & in-  
 culta.

Intertexta: comas nec depositura virentes  
 Enodisq; abies, curuataq; glandibus illex  
 Deerat: aquas celso dilectas vertice obumbrans:  
 Quæis subter vel echidna minax, tetrine colubri,  
 Pallados aut hostis texebat stamen Arachne:  
 Aut villis spurci, & frendentes dentibus urfi  
 Venabantur agris; & cerua futura latroni  
 Præda Lycaonio, sulcabat cursibus arua:  
 Arua Dÿs alijs, melioribus usibus apta.

At iam tempus erat, fato clementior aura  
 Prosperiore ruens, eremo desertior ora  
 Pulsâ ut barbarie succisis undiq; sylvis  
 Indueret vultus alios; pulsifq; venenis  
 Antra salubrifero colleq; bearet amomo:  
 Et soror illa Deum, Elysÿs generosa frutetis  
**BRESLÆ** meis sedes gratas vicinior undis  
 Figeret: ut subitis exortâ luce serena  
 Festiuus sonuit liquidus clamorib. æther:  
 Aduenisse diem, quâ fato debita dudum  
 Mænia felici surgant, & littora pressant

Tecto-



Tectorum imbricibus, vasta<sup>q</sup> cacumine molis:  
 Hac Viader latatus aquis salientibus imo est  
 Gurgite testatus: sed ego ( meministi idipsum  
 Diua ait, ad placidas Viadrina obuersa sorores )  
 Haud secus obstupui, tanto mihi gaudio oborto,  
 Quam quos conspecto Phorcynidos ore Medusa  
 Diriguisse metu iactata est fabula vatum.

Nec mora in Elysijs Diuarum concio tanta  
 Conglomeratur agris, resonante sonora Caystro  
 Agmina olorinis quot cygni haud Vocib. ethra  
 Mulcent: aut Pandionias quet numine Athenas  
 Firmarunt stabili, cingentes Nereapinnis.  
 Deseruit Clymenen Pha'us; Cythereis Adonim;  
 Iuppiter Europam; Neptunus Phorcyda; Iuno  
 Stellsferos axes: radiantem Pallas olympum;  
 Trinacrin alma Ceres; stillantes Thyrsiger Euan  
 Vites: optatis figentes mœnia donis.  
 Sed Phæbo annitor Clarias super addere flammās  
 Talia dum memoro quæ faustior exitus amplo  
 Denotat auspicio; **BRESLÆA** potentia præsto est:  
 Nec **VIADRO** Neptunus abest; Iunonia gaza  
 Undiq; collucet: diuinās Palladis artes  
 Qualibet ora crepat: nec opimo denegat aruo  
 Fœcundas segetes Saturno creta propago.  
 Succedas tectis: quæ sit fortuna videbis

F. L.

Prosperitasq; loci ; quàm culta palatia BRESLÆ  
 Quanta quies rerum , quæ copia , quantus & ordo .  
 Non etenim angusti patiuntur temporis usum :  
 Quæ vix Andivi vatis memoranda cothurno ,  
 Et nati Sulmone Chelyn , plectrumq; requirunt .

Dixit : & extremis intexens ardua dictis  
 Traxit in ambiguum mediam inter spemq; metumq;  
 Calliopen : viguit tandem sententia certus  
 Immutata locus ; ac resq; in pectore fixit  
 Ardua res stimulos ; ut contra audacior irem .  
 Ergo domos adiens extructa palatia lustro  
 Annales pulso priscos languore reuoluens .  
 Et iam BRESLA quibus iam dudum debita fati :  
 Quo fuerit fundata loco ; quæ sortis acerba  
 Horrida tempestas dire molimine sortis  
 Quassarit muros ; quàm fausto sidere virgo  
 Fulserit Erigone , Viadri Dea grata fluente ,  
 Erueram fastis ; gressumq; receperam ad alta  
 Limina ; ubi patula stans in regione locorum :  
 Pectoris huc illuc tacitè mea sensa voluto ,  
 Multa mouens ; vario versansq; in mente recessu ,  
 Qualis sit Pietas , & quanto in honore potentes  
 Florerent fasces ; sancti reuerentia plebis  
 Quanta Magistratus ; ditiq; opulentia ciuis  
 Aequatura lares Cræsi , gazamq; Sesostris :

Quæis

Quis inhians animo attonito, vix carmine dixi,  
 Arbitror hæc memoranda meo, trepidaq; Thalia,  
 Nam mihi si Lynceus oculos Apharëia proles  
 Calliope venam, Cytharam Rhodopeius Orpheus,  
 Pastor ab Amphryso plectrum, sophiamq; Minerua,  
 Et daret eloquij facundas Tullius artes:  
 Non tamen arguto rerum miracula cantu  
 Visa modis dignus cantarem & Apolline iusto.  
 Si qua tamen laus est elapsi temporis annos  
 Fatidicam docuisse lyram, prisciq; nitorem:  
 Seculi inextinctum memori mandasse cothurno,  
 Et loca vix adeunda feris mortalibus acri  
 Clausa latrocinio, meliori sorte parata,  
 Successumq; vagæ sortis variabile monstrum  
 Venturo haud planè passum obdormiscere seculo:  
 Remigij's lembum subigam, conuulsaq; nisus  
 Unda fatiscentes passim disjunctet arenas.

Est locus armigeri victricis Teutonis ora  
 Iunctus, Hyperboreo quem gens subiecta Trioni,  
 Hirsutis pineta comis ubi vertice pulsant  
 Sidera & umbrosa cingunt indagine terras:  
 Riphææq; niues afflant glacialibus Euris.  
 Carpathio sed vectus equis de monte, corusco  
 Titan axe redit: tenebris cum iustrat adeptis  
 Atria Leucothoe roseo Palantias ortu.

Descriptio  
 Silesiz.

A septentri-  
 one Polo-  
 niz.

Ab ortu  
 Pannoniz.

Parte

A meridie  
Bohemia.

Parte alia medijs ubi sol altissimus astat:  
Exurens radijs impostas montibus arces:  
Tuta bifurcati spelea leonis opacant

Ab occasu  
Lusatia.

Quercubus Hercinia sylvas, ornoq; comanti,  
QVISS E tenes extrema pater, qui Lusatia oram  
Pisceso findis fluuiialis gurgite Lymphæ.

Hanc oram prisco fatorum tempore aruspex  
Conscijs ELYSIVM dixit: dixere coloni,  
Lata quib. cultis, & diues messis aristis

Sirus Vra-  
tislauiz.

Est collecta solo: medio tamen aurea semper  
(Ignotum cultæ condendæ an prospera BRESLÆ  
Omina signarit: flauis vel sponte corymbis  
Luxuriarit ager) crepitabat bractea ventis  
Vernabatq; nitens tortis labrusca racemis.

Qualitas  
soli.

Fertilis est circum fecundus saucia aratri  
Planities: rubiæ quam passim lenta genisto  
Impedit: aut diti commissum messe rependit  
Pignus ager: grauidus flauentia tritica culmus,  
Aut onerat spicas Cerealis farre siligo.

Odera  
quondam  
Guttalus  
totam Sile-  
siam inter-  
secat.

Ipse ferè medium tumidis secat ODERA lymphis  
Elysijs: quondam Germanæ terminus ora:  
Nunc varias auidis absorbens fluctib. undas  
Auctior ut flauam premat alueus amne saburram  
Ceruleo: pineta rigans, atq; vbera glebe  
Præstantes agros, quos gurgite lambit amæno,

Squam-

*Squammigera & pecudis pleno, sulmone, siluro,  
 Armatis cancris, auratis, mugile, percis:  
 Ille etiam innumeris succisos saltibus ornos  
 Pronior amne vehit: & fissis puppibus undis  
 Cedit inoffensos arcens à mænibus hostes.*

*Ipse (nec Erigones ubi blandus anhelitus halat  
 Pestus abesse nequit) cunctos purissimus aër  
 Ambit agros; mundaſq; auras sibi purior unit:  
 Nec putridam circum exhalantia stagna mephiti m  
 Eruçant; feruens nec adustos Syrius Austros  
 Proflat, inassuetu brumæ qui Delta, Syenen  
 Et fuscas nimio Phæbo Mareotidas urunt:  
 Sed Zephyri gelidas optatis solibus umbras  
 Atq; umbris Phæbi radios æstumq; coercent.  
 Promptior unde penus vicinia semper adauctum  
 Recludit cultaſq; replet prouentibus oras.*

Qualitas  
acris.

*Magnum est optato vicinas fœnore terras,  
 Cum Baccho Cererem diuersis mittere ab oris:  
 Hisce datum est terris; queis Hunnus amica Lyai  
 Mittit dona, boues Lechi, Cereale Bohemus  
 Triticum, & aduectis rebus commercia pandit  
 Terra Silesiacis gratissima Lusatis agris.*

Vicinarum  
regionum  
commoda,  
Hungariæ.  
Poloniæ.  
Bohemiæ.  
Lusatiz.

*Hu ergo in medijs SVPERIS regionibus urbem  
 Fascibus augustam, pietate, ac plebe potentem (tra,  
 Condere ubi visum est; haud Delphica Phocidis an-*

D

Aut

*Aut Helenus certum, aut Carmentis Euandria fatū,  
 Prædixere; sacro sed vox hæc reddita Olympo est.  
 ELysla teLLVrls honor prInCepsqVe BV Dorgls,  
 FæLICI Vt grati fLorebit orlgne fLores.  
 Nec mora planitiem vigilans exasperat ardor,  
 Incultam vulgi: proprijsq; in sedibus orni  
 Vtibus aprantur varijs; alnisq; recisis  
 Alta Viadrini viduatur ripa fluenti.  
 Hinc adeò incrementa capit, defensaq; lymphis  
 Iam rus, iam vicus, iam se formosior ipsa est.  
 Sedula sed nostras confestim longius ire  
 Res natura vetat; tremulo & primordia nisu  
 Impedit: ut vasto luctamine qua vix auras  
 Persensit moles, saxi & pumicè fulta,  
 Aut ruat, aut ruitura Notis agitata fatiscat.*

*Vix tanto assuerant oneri cum flumine ripæ:  
 Et multis ignota locis monumenta BVDORGIS,  
 Nomine adhuc tenui gliscebant pressa tenebris:  
 Ut Bellona faces dubiam coniecit in urbem:  
 Vnde domos & Marte nouam penè ocys urbem  
 HI DestrVXerVnt qVIbVs est pergrata BVDorgls.  
 Namq; ubi frondosis Sudetes saltibus agros  
 Piniferi Elysios præcingunt verticis, & mons,  
 Thraicio maior Rhodope, vel caucaso Olympum.  
 Diffindit: Iouis acer avis latitabat in umbra.*

Vratislavia  
 fundatur à  
 Vratislao  
 Bohemo Bi-  
 fetislai filio  
 Anno 1030.

Occupatur  
 à Biletislao  
 Bohemo an.  
 1038.

Insignia Bo-  
 hemorum  
 nigra Aqu-

Ille suos pullos prima uo tempore raptos  
 Felle fremens acri, flagranti exarserit ira:  
 Et venit: patuère fores; quæ prisca vetustas  
 Cespite congesto nondum firmârat, humoq̃,  
 Nec Bisetislai fatum clementius urbi  
 Defuit ominibus victori mente subacta.  
 Quæ quondam socij sponderent temporis usum,  
 Cæsaris auspicijs tamen huic exempta tumultui  
 Prata virescenti cepit vestire fruteto.  
 Namq̃ Cuculligero princeps Casimirus amictu  
 Cristatas sub aues deserto præpete patris  
 Fugerat: indutum rursus quem murice, & ostro,  
 Sauromatum proceres abauorum in sede locârant.  
 Ille ungues validos, & furuas præpetis alas  
 Flexit, agros cingens turritis urbibus, altas  
 Attollens moles pinnis, atq̃ aggere fultas.  
 Et Zephyro faustè proflante **BVDORGIS** opum vi  
 Clara viris, laribusq̃ nouis cum finderet axes  
 Persuasum pietatis opus, collegia patrum,  
**Rex DVXIc parVls BlizIna eX aDibVs** Iste:  
 Hùc, ubi nunc varijs querunt oracula rebus:  
 Dum diuos in vota vocant; ac lancibus aras  
 Accumulant plenis: & magna thuris acerra.  
 Hinc & Hymen, discorsq̃ thorus, tædæq̃ repulsæ  
 Inconstans sponsum si quando puella futurum

la conuersa  
 in albū Leo-  
 nem, anno  
 1158. à Cæ-  
 sare Frideri-  
 co Barba-  
 rossa.

In Gallia p-  
 fugus Casti-  
 mirus deli-  
 rescit.

Cluniaco  
 Benedicti  
 ordinis mo-  
 nasterio e-  
 ducunt.  
 Urbibus hic  
 Silesiam ex-  
 coluit.

Collegium  
 Bizina Vra-  
 tislauiam de  
 portatur an.  
 1052.

Consistorij  
 officium.

*Dedignata fuit distracta lite recedunt.*

*Hinc adeò Elysij struxisse penatibus ades  
 Maior cura subit cunctis: sed ut adibus urbes  
 Ornantur celsis, sic fulgent ciuibus ades,  
 Ciuibus haud unquam virtutis egentibus alma.  
 Hic at in ambiguo est, structura maior, an ardor  
 Virtutis maior fuerit: surgentibus illis  
 Creuit, & est imis virtus, fundata latebris.*

Defendit  
 legitime e-  
 xules con-  
 tra vim in-  
 iustam.

*Regius & procerum turba en stipatus egenti  
 HV Mana eXVL Inops Sb IgneVs VIVIt In Vrbe.*

*Rara equidem virtus inopi pede adesse secundo:  
 Ast hic inops, hic & exul erat: releuandus ut auro,  
 Sic patrie reddendus erat: pater exulus alto  
 Vota supercilio, solio sublimis auito  
 Spernebat: tu paruula adhuc, nec fascibus & aquas  
 Sauromatum vires, nec polles robore, BRESLA:  
 Ergo orandus erat, non vi sternendus, & armis.*

*Et veluti est pietatis opus sustollere egenos:  
 Sic scelus est, durum quamuis violare cruento  
 Ense Magistratum: BRESLA ergò accingitur artes  
 Ad medias: miserumq; fouet: mitescit at ille  
 Supplicibus fractus precibus, gemituq; BVDORGIS.*

*Pressa sed & rumnis pietas fulgentior exit  
 Ut cum sufflatus fornacibus ignis anhelat:  
 Massa q; Vulcano flauis subigenda metalli est.*

*Insertusq;*



*Inseruſq̄ auro media nocte emicat anthrax.  
 Ciuibus immenſi ſeruato præmię egentī  
 Spes accenſa fuit: mouit iactura dolorem  
 Cum teneram in cineres citò ſubſediſſe BVDORGim  
 Videre, & celeri crepitantes igne penates.*

Conflagra-  
 tiones vrbiſ  
 Vratiſlauræ.

*Horret, & incenſo metuit mea Pieris æſtu,  
 Fumantis BRESLÆ Vulcanum in limine ſparſum:  
 Ac Phaethontais colles erroribus uſtoſ  
 Vix tot frugiferis viduatos credit ariſtiſ:*

*Quot tecta Elyſia flammis periēre BVDORGIS.*

*Anne cauernofis formoſa Typhoëoſ antriſ*

*BRESLA ſuperpoſita eſt? minimè hoc: nec fata coire*

*Elyſium Inarimenq̄ ſinunt: ſed carice & udo*

*Ceſpite priſcorum congeſta tuguria more*

*Fauſta Vulcano ſortes, Veſtæq̄ dicarunt:*

*Ergo ruinoſo vix deſenſa aggere, primò*

*BRESLA Dato ſLagrans en eſt orbata DeCore.*

*Inq̄ leues cineres, modicamq̄ abiere fauillam*

*Culmina Sarmaticoſ vix æquatura penates.*

*At vix condiderant inopeſ magalia ciueſ:*

*Vt flamma exuperant rurſum, ac tepet æſtibus æther,*

*Et perlit Veſtæ VloLenta CLaDe BVDorgIs,*

*Tunc planctu ripaſ Viadrini uluſſe fluenti*

*Ac gemitu infremuiſſe nouo, & mugitibus auram*

*Impulſam audiſſeſ exuſtaq̄ limina ſorte*

Incendio  
 perit anno  
 1200.

Rurſus cõ-  
 flagrat anno  
 1219.

D 3

Inuiſa



*Inuisa superos ac incusasse Tonantem.*

*Mox ( sic fata volunt mala cū sunt mitia seuis  
Anteferenda malis ) glomerare incendia ciues;  
Flagrantesq; inferre faces; pinuq; corusca  
Impleuisse manus: flammis & in atria, & urbem  
Ac patrios seuisse lares, impunè ruendo  
Cernas: infaustosq; olim miraberis astus  
Spontè relucenti passim feruere furore.*

Valitationes.  
Tartaro-  
rum.

*Quæ tanti sit causa mali memorato Thalia.*

*Dis niger infernos Erebea valle colubros  
Excierat: diramq; istis commorat Erynnin,  
Quæ pacis virides cernens genialis oliuas  
Elysia frondere iugo, indignata: nec hortis  
Hus, ait, euellam vernantes protinus herbas?  
Nec liceat crudo quæ nostra potentia Marte  
BRESLÆAS violare domos? date protinus enses,*

Armatura  
Tartarorū.  
Tartaria.

*Ferte faces, pharetrasq; leues, clypeosq; recuruos.  
Dixit: & argentes Meotidis horrida ad umbras  
Euolat; & Tanai glacie brumaq; rigentem  
Ipsa venenatis violentior inscit herbis.  
Iuit & ad montem quo tu religate Prometheu  
Rostra iterum pascis fibris nascentibus unca.  
Hoc tremor, & pallor, maciesq; & luridus honor:  
Quæis tumet exucca compages ossæ crate,  
Virosum scabroq; aconitum gutture lambunt,*

Conf-

Consedere solo: queis Mars coniunctior hæret  
 Rupe sub exesa gelidi & testudine saxi:  
 Quatum pressus erat: nec te Bellona flagello  
 Viderat Elysiûm gentes agitare quietas.  
 Hos colubrus, iraq̃ ferox affatur: an isto  
 (Heu scelus & furia) sic torpescetis in antro?  
 Et pacem Elysijs (audito nomine Pacis  
 Infremuère simul) sinitis considerare regnis?  
 Ite age, Tartareis glomerate cohortibus agmen:  
 Atq̃ Scythas Scythica rabie, gelidosq̃ Gelonos  
 Cogite: sic Hecate iubet & latrator Auerni.

Hi nihil: immenso sed surrexere tumultu:  
 Tartarea sq̃ acies, & Rhedus agmina vecta  
 Queis nihil humani est, quàm forma: nihilq̃ quod au-  
 Dicere mansueti tanta est truculentia: tamq̃ (Sis  
 Effrenis morum rabies: concreta cruore  
 Barba riget: potoq̃ est hispida sanguine seta:  
 Stant oculi flamma: precibusq̃ immota petentis  
 Corda adamantæum superant scelerata rigorem,  
 His socijs patrijs victos pepulere Polonos  
 Sedibus: effusi velut algens grandinis imber  
 Seuit, & immistas segetes disperdit aqua vi.  
 Hinc quæ causa mali tanto feruente tumultu, (qVVs:  
 Hel VeXat DVctor SCythlæ Igne BVDorgIn InI.  
 Iamq̃ arcem cincturus erat (tunc unica BRESLÆ

Tartarorum  
immanis ra-  
bies.

SUCCESSUS.

Metu Tartarorum  
Vra-  
tislauia ex-  
uritur anno  
1241.

Arx

Arx erat, innumeris quæ nunc secat arcibus æthra)  
 Cum subito in tonuere poli, & sacra dissultantes  
 Vis crepitus urfit: ceu cum detrusit in im-  
 Iuppiter anguipedes flagranti Tartara telo,  
 Qui fuerant ausi congestis montibus altam  
 In superos tentare viam: sic turbine Iouam  
 Atro, præcipites & fulminis igne corusci

Tartari igne  
 cœlitus pro-  
 fligantur in  
 obsidione  
 artis Vratis-  
 lauiensis.  
 Henricus  
 Pius Tartar-  
 is se oppo-  
 nit.

Tartareas fama est citò deiecisse cohortes:  
 Quæ tamen ætherei vitarunt fulminis astus  
 Henrici virtute Pij (qui morte peremptus  
 Propatria occubuit pulchra) memorantur acutis  
 Confixa telis vstam liquisse BV D O R G I N:  
 Quam si sic perijisse putas, nã denius erras:  
 Et frustra iaculata sacri vis fulminis esset.

Sed graue sub duro est duce, regnã emergere rursus  
 Perdita sæuitie & Scythicis vastata Tyrannis.  
 Ergò ut anhelantem placidis virtutibus urbem  
 Teutonidæq; acris mulcerent lege colonos  
 Mansueta: & stabili firmarent mœnia sede,

Immunitas  
 res Germa-  
 nicas impe-  
 trat anno  
 1243.  
 Boleslaus  
 Caluus Dux  
 Lignicensis  
 frustra obli-  
 det anno  
 1245.

AVXerVnt Vrbls ConDenDæ CIVIbVs æqVa.  
 Nec mora, lex anima est Urbis, lex auget & ornat  
 Defenditq; urbem: valloq; tuetur & armis:  
 Quoue minus dubites: en vano cœta tumultu  
 CaLVIt les qVassat qVæ VIX sVffVLta trIMestrIs  
 Frustrã: & adhuc laceram nequicquã sæuit in urbẽ:

Namq;

Namq̄ Boleslaus, quo vix iniustior alter,  
 Obsidione noua surgentem cinxerat urbem:  
 Desolatus agros: Vanisq̄ assultibus Urgens  
 Limina tentarat: sed postes obice duro  
 Munierant ciues, torquentes cardine verso  
 Portas, & patrijs pellentes sedibus hostem.  
 Tertia fraterno complebat cornua Phæbe  
 Lumine: & insano rabiosus murmure frendens  
 Linquere adhuc orbam munimine cogitur urbem.  
 Fratrem Boleslaus propria rapiendus ab arce.  
 Aude aliquid, pugnisq̄ urbem telisq̄ laceffe:  
 Quæ Scythicam rabiem, quæ saui Principis iram  
 Urbs, & inops, & inermis, adhuc, urbs æmula pago  
 Spreuerit, immenso nunc aggere cincta, phalangis  
 Irata metuet sternendas sulphure turbas?

Boleslaus  
 infidias stru-  
 ens fratri  
 capitur ab  
 ipso.

Tutior ast esset vasto si mænia vallo  
 Eumenidas sortis diras flammisq̄ facesq̄  
 Vulcaniq̄, amplius superarent molibus æstus.  
 Nam quid inaccessus truculentos adibus hostes  
 Excluisse iuuet? cum vasta potentia flamma  
 Exurat medio fundata Palatia vallo? (Ignes:

MarCV: In Xp Letos tibi Bres La en IntVLLt  
 Rursus edax dum flamma furit dum Thracius Urget  
 Ad cælum picea Boreas caligine nubem:  
 Nil ciuis vires, infusaq̄ flumina profunt:

Conflagrat  
 tota die  
 Martij anno  
 1276.

E

Nec

Nec prius indomitas posuere incendia vires  
 Quam cinis exiguo modicus subsedit aceruus :  
 Urbs qui nuper erat ; clara & pulsabat utrumq;  
 Luce Polum ; delubra patris venerata Tonantis.

Ille Hecatombas pia nunquam numina sacris  
 Spreta fuisse memor : sortem miseratus acerbam :  
 Ciuibus insignes animos , virtute valentes  
 Et patria immisit flagrantem sedis amorem,  
 Unde vel exustus ( patria nam tanta cupido )  
 Imposuere domos laribus : nil flamma, nihilq;  
 Incensi potuere foci : petit aurea cæli  
 Sidera deiectum Vulcano culmen iniquo,  
 Et veluti signis suspendit Daulias ales  
 Nidum, atrox gelido rapuit quod turbine Caurus :  
 Sic flagraturus fausto tamen igne penates  
 BRESLA locat : gazaq; simul pluit almus Eoas  
 De cælo genitor, Phryxæo vellere pondus  
 Nobile : & optata rabiosam sorte rependit  
 Fortunam : ac urbem fecundis questibus auxit.

Goltpergam  
 & Hanam  
 Vratislavi-  
 enses hypo-  
 thecæ no-  
 mine ceci-  
 piunt anno  
 1320.

Vratislavia  
 totius silesiæ  
 curam gerit

HlnC Haln, aVrIMons, CoLLato VenIlt aVro.  
 Sed furor est alijs inhiare penatibus auro  
 Et patrios spreuisse lares, partisq; latrones  
 Diuitijs inferre manus vi & fraudib. Uncas  
 Istis ergo caues celebri generosa BV D O R G I S  
 Consilio : pande euge tuum Leo candide lustrum

Pande

*Pande venit Regina tuis gratissima sceptris  
Elysijs Regina iugi, Viadriq; voluptas.*

(gls  
optimo ma-  
gistratu seli-  
gendo.

*NVn Carces Cape saVsteiVa DVX Iane BVDor-  
IANE Bohemorum princeps, IANE adite fausto  
Sidere; BRESLÆÆ summo complexe favore  
Vrbis, defensor regioni affcite clienti.*

Iohanni re-  
gi Bohemiæ  
homagium  
præstai ann.  
1337.

*Bina Aquila, quarum una fuit pice nigrior atra,  
Altera Rypheas superans candore pruinas  
Discordes tenuere domos: ubi voluis in aquor  
Amne procellosas flauenti Vistula arenas.  
Nigra sed euulsis infirmo erat ægrior alis  
Corpore: quam Candens rostro laniabat adunco.*

Insignia Si-  
lesię Polo-  
niæ.

*Asst ubi glandiferis nigrantes quercubus altos  
Albi coarctato Sudetes flumine findis:  
Candidus effrenes Aquilus Leo terruit, iras  
Exacuens, & hians assultu immane potenti,  
Sensit opem victrix Nemeai fulua Leonis  
Ales: & æternis coiëre in sædera votis:*

Crebræ  
Sauroma-  
matum va-  
stationes.  
Insignia Bo-  
hemiz.

*Quæ formosa BVDORGIS ouat: nec pacta recusat  
Quæ nullis violanda modis, fæliciter euo  
Perpetuo durant: augentq; insignib. Urbem  
BRESLÆAM meritis: en quanto Carolus ausu  
Erigit exustam fælici sorte BVDORGIN.  
Illa iterum flammis perijt? sed profuit vstam  
Lutea cum saxo, cum saxo structa metallis*

Dominica  
Palmarum.

*Videris auspicio fausto emicuisse theatra,  
 Ergo triumphali decoranda BVDO RGIS honore  
 Sat faVstè LVX hæc tibi LVMI nls eXCItat Ignes,  
 Quâ (velut igniti candentia forcipis ara  
 Splendent, & demptis effulget sordibus aurum )  
 Igne casas purgans electro purior, & te  
 Pulchrior existi, tectisq; sublimior altis.  
 Namq; Corinthiaco splendentib, are cateruis  
 Caro LVs hVC fæLIX reX Venit Vt oMne faVsto:  
 Contremuit tellus fragore; & gestijte ather  
 Casareaq; Aquilas, plausu excepere secundo  
 Naiades, iunctaq; choros duxere Napæis.  
 Ipse etiam fatis recluserat ora futuris  
 Carpathio Protheus phocas sub gurgite pascens  
 Neptuni: Viadrum sulcans, & piscibus undas:  
 Tempus erit modicus quando Vrbs dispersa favillis  
 Inq; auras abÿsse leues Umbraeq; vagantes  
 Credita, non vlla statuatur origine nasci:  
 Tunc (Cilicum vt messes Phænix cum sensit ad auras  
 Parturiente rogo, & bustis nouus euolat ales )  
 Fausto incrementum capiet formosius ortu.  
 Ergò memor fati patriæ mollissimus Vrbi  
 Breslaas æ Des CeLebr Is tibi CaroLe aDornas:  
 Tempa, domos, delubra, lares, fora, compita, vicos  
 Condens, & stabili ponens fundamenta mole:*

Felicitè  
 peritigne  
 anno 1341.

Carolus  
 III. venit  
 Vratislavi-  
 am anno  
 1348. ma-  
 gno vrbs  
 commodo.

Carolus 4.  
 splendide  
 exornat, &  
 auget vrbs  
 anno 1353.

*Ampli.*



*Amplius atq; Urbis designans limen aratro:  
 Ut rapidis tumefactus aquis Olauia, quondam  
 Qui celso paruos despexerat aggere muros,  
 Nunc varijs cultæ passim regionib. Urbis,  
 Porticibus latitans subseruiat visibus arctis.  
 Sed nec Idaspæis radiare palatia gemmis,  
 Leuorem aut Parij lapidis mirabimur: at quæ  
 Ditat inops flaua subiectus messe colonus  
 Oppida miramur: quæ tollunt farris aceruos  
 Innumeros: circum & latè dominantur in aruis.  
 Est miserum fines murus cum terminat omnes  
 Limes in angusto positus: non marmor & aurum  
 Eruta, sed pinguis Cerealia semina glebæ  
 Sustainant valido defensos aggere ciues,  
 Ergò sacris etiam Romani Cæsaris ausis  
 Præfecta est agris LIMES respublica Bresla,  
 BRÉSŁA caput terræ quæ cinctus arundine & vlua  
 Dissecat, irriguis Viader gratissimus undis.  
 Hinc adeò splendore loci, prudentia & armis  
 Urbis ad impulsu ac tam fausti nominis ora  
 ECCE Intran reges soClatI & Marte reCeptI,  
 Ausonidum Princeps, & Vladislæ Jagello:  
 Iste pharetrato Lithuano, & equestribus audax  
 Sauromatum turmis gressus glomerare superbo  
 Vectus equo fuerat: tu languida Venceslæ*

Olauia ex  
 olera alue-  
 us includi-  
 tur vallo.

Præfecturam  
 totius terri-  
 torij ciuita-  
 ti attribuit  
 anno 1358.

Ingrediun-  
 tur urbem  
 VVencesla-  
 us Bohe-  
 miz, Vla-  
 dislaus Po-  
 loniæ reges  
 anno 1404.

Remotus  
ab Imperio  
Electorum  
auctoritate  
anno 1400.

*In squalenti deses curru membra reponis.  
Vidit: & extemplò stertentis abusa benigno  
Ingenio (vulgus nam mox exempla regentum  
Cernit: & excusso sonipes rectore lupatis  
Liber anhelanti properat per compita cursu)*

Plebs fediti-  
osa abrogat  
senatum an-  
no 1405.

*PLEbs rabiosa patres hinc CLara Delicta De.  
Bellua multorum capitum, rationis at expers  
Vulgus, vesano furit irrequieta tumultu;*

*Cum rabie fera corda tument; tetroq; veneno  
Quod Stygio eructat canis ille trifaucifer antro.  
Et procerum torpent cum segni corda sopore  
Lurida tabifico serpunt contagia viru.*

*Nam claro prognata loco vicia undiq; fama  
Protinus emergunt celeri: sic degener ingens  
Ille Leo, stulti credendus buccina capti est.*

*Turba togas rapuit: Rex reddidit: illa capistrum*

Die Nono  
Septembris.

*Indignata iterum, fasces & sceptru nouavit.*

*Hac patiendatamen facilis iactura decoris  
Quem labor & studio comitatur sudor anhelu:  
Alta modo liceat cæli conuexa tueri:*

*Et fas sit vita traxisse ignobile tempus:*

*Ultima fatifero donec secet Atropos ense  
Stamina: canitiem non diro sanguine turpans.  
Sed nihil heu valueret precet, nil vota, nec aris  
Panchæa messes missa, frugesq; Sabæa.*

*Nam*

Nam Corybantæo rabiosa plebe furore  
 Ter se Xta LVCE heV fVr lbVnDI IVLIVs æstrI  
 FerVet, Vt hastILI haVD patres Conflgeret Vno,  
 Heu pietas : heu prisca fides : Busiridis aras  
 Squallentes tabo ; diuulsos corporis artus  
 Et fibras Polypheme tuis sub dentibus vda  
 Inluniam sanie cerno pulsare cruentam.  
 O cohibete manus , quæ vos dementia ciues  
 Quæue agitant Furia ? furiarum pessima echidnis  
 Alecto Scygijs deuinxerat ocia , & vna  
 Effrenes animos , ac cassos robore fasces  
 Vnierat ? graue Martis opus , paucisq; salutem  
 Attulit : his diuturna quies , his copia rerum  
 Ciuibus obfuerat. Sic mens indagine caca  
 Voluitur in vitium ; cnm crasso ab domine obesa  
 Mens latitat , squallesq; situ , aruinaq; fatiscit.  
 Defectus neruis quos Laryssaus Alebas  
 Sperarat fidos , fallaces sensit : at ense  
 Iste ferox : his præclara pietate , probisq;  
 Consilijs , carnisq; , sacru venerabile pectus  
 Exiguo haud meritum madefecit sanguine ferrum.  
 Præcipiti saltu Marcum Tarpeia vorago  
 Manlium , ob arreptos fasces , & Regia sceptrâ  
 Absorpsit , puer Astyanax patris Hectoris vltor  
 Littore Sygeo conspersit saxa cruore.

Cruentissi-  
 ma seditio  
 VVratista-  
 uienfis anno  
 1418.

Vratislaui  
 florens opi-  
 bus & pace  
 ad intesti-  
 nas discor-  
 dias delabi-  
 tur.

Hic vlt-

*Hic ultor nullus, nec regni est ulla libido:  
 Et tamen (heu furor) insontis pars magna senatus  
 Gutturē defecto laceratam animam exhalauit.  
 Pars ferro incumbens deiecta cacumine turris  
 ( Infandum ) aut cerebro muros consperfit, & arma.  
 Aut hastis infixā hæsīt miserabile pondus.  
 Sed mox tempus erit truculenti prēmia facti.  
 Cum capies plebs dira feris crudelior ursoris.*

Seditiosi  
 plectuntur  
 anno 1420.

*ECCe parat pœnas Caesar MoX ense CrVentVs.  
 Iam latebras animosa petis; nil arma, bipennes  
 Quis clausas violare fores, perrumpere limen  
 Et custoditum iugulasse, heu seua, senatum  
 Optabas; animasq; senum disperdere in auras:  
 Nil furor, & rabies, nil dirus sanguinis astus  
 Efficient: tandem pallens, tremula algida, vecors,  
 Ore cohorrescis toto, & mens conscia culpa  
 Nunc scelus admissum nollet: cur vindicis ensē  
 Caesaris exangui formidine pressa tremiscis?  
 Disce age legitimi quanto discrimine praesent  
 Arma Magistratus: quàm firmet, aheneus obex  
 Astraam licita moderantem rostra bilance,  
 Disce age, luxuriet qua prole cruentus iniqua  
 Seditionis amor: quàm tristia fata rependat.  
 Nam ni praecipiti laniasses viscera Erynni  
 Patria; & oppugnans priscum prudentia asylon,*

*Cade*

Cæde Senatores, propriosq̄ cruore penates  
 T In Xes; non tibi tot per lissent ense tr lb V n I:  
 Nec patria extorri monstrum insatiabile fiscus  
 Eripuisset agros cui, natisq̄ parentem:  
 Publica nec tantum clades vltura fuisset  
 Clade nefas belli: quod corporis Husse cremati  
 Quisquilijs sufflas, Husitas agmine cogens  
 Vltrici; vnde simul passim spaciola **BV D O R G I S**  
 Igni CV n C T a la Cent D I f f V s a s V b V r b l a e D a C l :  
 Tunc gemitu planxere nouo fumantia terra  
 Tecta Silesiacæ: fidei vt violabile pignus  
 Husse data busti sentires igne cremandus,  
 Tunc etenim arrecta stimulis haud mollibus ira  
 Exarsere ipsis furiata mente Bohemis:  
 Spiculaq̄ exacuunt; subiguntq̄ in cote secures:  
 Otia rumpentes, aciesq̄ in prælia cogunt,  
 Hinc verò Elysijs infusi protinus oris  
 Conuectant prædas: defædant Marte penates:  
 Exuruntq̄ sata: & populant vlticibus agros  
 Ignibus; ac patrios saltus cultoribus orbant:  
 Quin & lapsantes miserorum in sanguine cernas  
 Natorum Matres capulo tenus indita tela  
 Condere pectoribus, capite à ceruice reuulso:  
 Tanta hostis rabies: miseri quin hospitis atro  
 Sanguine inundatum sedasse incendia limen

Numerus  
 decollato-  
 rum.

Suburbia à  
 prædonibus  
 Husiticis  
 incenduntur  
 anno 1426.

Immanis  
 Husita-  
 rum grassan-  
 tium fau-  
 tia.

F

Videris,

Videris, & tetro maduisse tuguria tabo.  
 Iamq̄ (Velut motis avidus circumuolat alis,  
 Vnguibus implumes pullosq̄ cui scerat Uncis  
 Miluus; at immenso crocicans gallina dolore  
 Raptorem crebris dirum clamoribus arcet)  
 Elysijs terris una spes omnis in Urbe est.

Iuncta Suid-  
 nicensibus  
 totam Sile-  
 siam sedulo  
 tuetur anno  
 1429.

Ergo ut defendit sobolem Titanius ales  
 CVncta tVetVr SVIDnltIo ConCreta BV Dorgls :

Suidnitio, qua cum coiere in fœdera ciues  
 Breslæi, socijs pellentes viribus hostes.

Olaviam die  
 Antonij eri-  
 pit latroni-  
 bus.

Hinc ergo Olavijs emotis cardine tectis  
 Postibus audaci tela irrupere Gradiuo

Breslæa: ut fusi circum victricibus armis  
 Ediderint lata vesani caede latronis

Commerita strages sceleratos morte necantes.

Munsterber-  
 gâ 8. Octob.  
 expugnauit  
 arcem solo  
 æquans.

Hinc Munsterberga pulsarunt ariete murum:  
 Quassus ut ingentem patulo daret ore fenestram:

Et lustrum crudi prædonis grande, superbam  
 Dissecere arcem: fumantia culmina presso

Ponentes æquata solo, turreseq̄ prementes.

Nec satis ad gelidos manes ignobile vulgus

Profligat &  
 captat vñ  
 ex præcipu-  
 is graffatori-  
 bus anno  
 1433.

Detrusisse fuit: turma atq̄ phalange BV DORGIS.

CLaVsa aCles DV Ce Detento fVgltIVa reVVLsa

Cex quondam fudit Ceninum Acronta Quirinus. (est:

Hactenus incaluere animi, & truculentior Ate

Insano

*Insano Elysi turbârat rura Quirino :*  
*Acer & infesta glomerare incendia feruor*  
*Mobilior Borea, fluitanti incertior alga*  
*Sauromatum rabie tumidoq̄ inceperat ausu :*  
*Tu tamen insignes animos, Adamantina corda*  
*BRESLA gerus; per stragem & classica dira Gradi-*  
*Perplexum moliris iter Virtute perenni. (ui*  
*Ne tamen amentes planè indignata furores*  
*Figeret inuiso Mauorti BRESLA trophæum :*  
*Oenotrios fasces Romani Cæsaris ausa est*  
*Infausto violare ferox & hamnasia lapsu.*  
*Ergò ó Romulidum princeps, qui Pannonas ense.*  
*Pace regis Zechos, Nemesis veneratus iniquam*  
*TVHICCe ALberte CaVe VIX non LaDenDVs In*  
*Quassato lapsure gradu: cum poplite celso (Urbes,*  
*Non titubata trahes certo Vestigia nisi.*  
*Si qua tamen manci mouerunt corporis artus*  
*Damna: en Pelides, en Marte animosus & armis*  
*DVX DatVr, hInC VrbIs BresLa VloLentVs A-*  
*Deicit è cultis dirû hic penetrabil, hostē. (CHILLES*  
*Hoc duce vah quoties pedibus timor addidit alas*  
*Vicini armenti: quod auis candentis in Umbra*  
*Prostratum recubans algentes ruminat herbas,*  
*Huius ad exemplum gnara virtutis alumna*  
*Marte potens, animoq̄, ferox, ac impigra dextris,*

Silesiæ tur-  
 bulentus sta-  
 tus odij Va-  
 tinianis gli-  
 centibus.

Albertus Cæ-  
 sar labitur  
 Vratislaviæ  
 anno 1439.  
 luxata & fra-  
 cta tibia.

Anno 1439.  
 Albertus  
 Marchio A-  
 chillis Ger-  
 manici co-  
 gnomento  
 dux belli a-  
 pud Vratis-  
 lauientes.

Nil dubitans varijs caput obiectare periclis,  
 Virtute exuperare acri, pro patria & agris  
 Agglomerare manum bello; pubisq; phalangem  
 Vrbe sarisigeram pressa est emittere visum.  
 Militis hi validi, fulgentes are cateruae (qVant  
 ArClbVs eXCVtVnt hosteM qVæ CoLLlbVs a-  
 Collibus impositas: ut humum equatura fatiscant  
 Culmina: subsidantq; à saxis saxa reuulsa.  
 Cuspide sic validos emittere dicitur Euros  
 Aeolus Hippotades, pulsantes littora & undas,  
 Cassius ut Boreas, simul & Marcoticus Auster  
 Regna procelloso trepidantia turbine verrant;  
 Atq; ut Abantiades repetitis viribus Harpen  
 Condidit infixo virosa per ilia ferro  
 Præda futura feris, roseo quibus ore nefanda  
 Cepheis Andromede fuerat deuota marinis.  
 Sauromata est Cete, at BRESLA est Danaeius heros  
 Andromeda Elysiū: stupet hoc: gelidoq; reuinctum  
 Pumice purpureum mutat pallore colorem,  
 Instantes metuens horrendo funere rictus.  
 BRESLA sed anguigera præsignis Gorgone monstrū  
 Triste domat; validis quod pressum palpitat armis.  
 Vnde cohercetur peregrina Harpya recuruis  
 Vnguibus Elysijs inhians; ac tuta cruento  
 Septa latrocinio prima a sede reuellens:

Defendit to-  
 tam Silesiam  
 1442. con-  
 tra prædo-  
 nes q̄ rutis  
 latibus.

Tuetur to-  
 tam Silesiam  
 ne alieno  
 dominio  
 subijciatur.

Praci-



Præcipuo commota viro: qui fraude Sinonis  
Pellacis Dolopumue doli, technisq; Pelasgum  
Vendiderat precio terras periurus, & urbem:

Prensus at Ultrici gladio ceruice reuulsa  
EXplat eCceſCeLVs nō faVstVs DVX LeonarDVs

Dux Leonardus equo felix, & fortibus ausis,  
Dum genius ceras decorabat honestus auitas,  
Sic quondam Metij tremuere reuulsa quadrigis  
Pectora, qui fuerat Romana proditor urbis,

Sed ne crudeles nimium Breslaa secures  
Strinxerit alma Themis: rigidoq; seuerior ense  
Candaulem Sardo, Thebisq; Creonta secuta  
Visa sit: en pietas, & quam sincerus amata  
Religionis honor deuota gliscat in urbe.

Venerat antistes Romana Presulis arce  
HIC DoCet ELysIos, arCta esse ferenda CapIstra-  
NVs quàm tuta fides: venienti videris auo.

Huius inassuetis aliquot sermonibus horas  
BRESLA dat: eloquiumq; viri admirata tremēda  
Iussa facit, pendetq; stupens narrantis ab ore.  
Nec satis est ludos flammis sacrasse, madentes  
Desecuisse comas myrrha: dempsisse recuuos,  
Calceolis apices: iuuat indulgere parato  
Ingenio iussus: totaq; expellere ab urbe  
Isacidus genus inuisum terrisq; polisq;

F 3

Anno 1446.  
Hallenheim-  
merum in  
nouo foro  
capite ple-  
ctunt Vra-  
tislauientes.

Venit Vra-  
tislauiam  
Capitranua  
anno 1453.

Iud. i urbe  
exturbantur  
anno 1453.

HæC

*HaC Igit Vr MoXVrbe eXIt scELVs eXVL ApeL-  
 Audit Habrahamidū mundatā sordibus Urbē, (La-  
 Depulsa Elysiorecutitaq; agmina gentis  
 Rex, sed adhuc iuuenis, quo nec felicior alter  
 Si fasces cernas; nec Rex infaustior ullus  
 Extinctus roseo est tali fulgore iuuentā;  
 Audit & optato laturus fœdere ciues  
 LaSLa In BresLaos Is aMIClor eCCe penates  
 LaSLa amor, illecebraq; orbis, bipotentibus ultrò  
 Mœnibus exceptus, clara & praeunte BVDO RGI  
 Elysijs susceptus agris: aduersa Georgio  
 Fata reluctârunt: nec Marte, nec arte, nec ira  
 Indomiti potuere lares, nec sorte, retundi.  
 Nil sparsa excubie, nil formidata colonis  
 Militis ira illi, nil Casare profuit ipso  
 Regales titulos sacrum & diadema tulisse.  
 Sed tandem rupi similis, quam gurgite Nereus  
 Pulsat & albenti cautes aspergine rorat  
 Legitimus tristi (tanta est constantia BRESLÆ)  
 PoDiebrat CLaDe est Constant leleCtVs ab arCe.  
 Ille dolore ferox, iustaq; excanduit ira:  
 Vt lege equali missas in fœdera gentes  
 Viderat Elysijs; repetitas sæpius aras  
 Quæ socia arma rogent: tantisq; expalluit ausis  
 Vltrici excitus bello iubet arma parari  
 Horrida, crudeles mittens in prælia Zechos;*

Ladislaus  
 Posthumus  
 intratvrbem  
 anno 1454.

Georgius  
 Podiebrat.

Confirma-  
 tus à Cæsare  
 Georgius  
 anno 1458.

Georgius  
 Podiebrati-  
 us ab vnica  
 BR ES LA  
 constantissi-  
 mē rejicitur  
 anno 1458.  
 22. Martij.  
 10. Aprilis.

Hi squammis horrent inclusis robore suris  
 Insertantq; manus clypeis legione corusca:  
 Et segete horrescente atra mucronibus altis  
 Proxima quæq; metunt; pugnaq; furcre parant se.  
 Vnde sacras vastis sedes ululatibus implent,  
 Obsessamq; tenent Vallis ac agmine **BRESLAM.**  
 Robore at hæc palmas validas innectit abeno:  
 Et Marte inuadit scelerati castra latronis:  
 Præsidio iungens inuictos robore ciues.  
 Hi, quod suadet amor patriæ, mox hostibus iectas  
 Transadigunt costas, rumpentes pectora ferro.  
 Inde manus manibus, pede pes, densusq; viro vir  
 Iungitur: & totis in vulnere viribus itur,  
 Nec iuvat emisso liuentis pondere plumbi  
 Illustri genitum esse loco: ruit illud, & ictu  
**Vladislæ tibi fatum acceleravit adactò,**  
 Ergo suburbanis defense his ædibus ipse  
**PLangentis Cernas VIncenti hæc Castra BohemI.**  
 Hunc agitare fuga trepida, cursuq; citato,  
 Gestijt vrbs patrijs palantem pellere terris.  
 Nec tanto victrix cessat contenta trophæo:  
 Inuisos turbasse lares, quos nobile vulgus  
 In pressum armarat ciuem, fundataq; **BRESLÆ**  
**Mœnia, destruxisse iuvat: sic pulsa piavit**  
 Nobilitas patriæ deiecta ex arcibus oræ

Vladislaus  
 Dux Glogo-  
 uensis.  
 Bohemi cū  
 clade ab op-  
 pugnacione  
 monasterij  
 Vincentiani  
 reijciuntur  
 anno 1459.  
 Diruunt ar-  
 ces nobilit-  
 um coniu-  
 ratorum.

Victri-

*Victrices metuens Aquilas, insignia BRESLÆ.  
 Ne tamen ingentes animos elata secundo  
 Marte supercilio tumefacta extolleret alto:  
 Cladibus infanso binis quassata Quirino  
 Vrbs LVget Casos CIVes, aC MaChIna rapta est:  
 Machina munita post diruta Munsterberge  
 Mœnia, Fransteinus iterum librata ruinis,  
 Principio fausto; ni turpior exitus armis  
 Cinxisset capta ciues socialibus vrbe:  
 Quos stygijs lymphis, & morte domaret acerba.  
 Nec glomerata iterum solito fortuna favore  
 Agmina concomitata fuit: cum machina frustra  
 Pulsa resultaret Fransteina à molibus arcis.  
 Namq; ea retrogradu cursu sublapsa referri  
 Pene solent: vano curi prisca superbia fastu  
 Turget: inexpleta rictumq; voraginis angit:  
 Consilij aut gnari dux ciuibus imperat expers.  
 Ergo Cleoneus Nemea e lustra Molorchus  
 Alciden tentare fera velut ore coëgit  
 Supplici: & eripuit vicinas stragibus vrbes,  
 BRESLA vocat Regem, qui ductet lazugas arcu  
 Insignes, fuluo & clypeatos Pannonas are  
 HVNNIADEM, Elysijs Hussos exosa cruentos  
 Urbibus, & cunctis hostes exterminat oris:  
 Ille animis ac ense ferox, trabeaq; superbus*

Machinis  
 perditis affi-  
 citur vrbs  
 clade anno  
 1467.

15. Maij

Die Iacobi.

Huniad-

*HVnlaD IntraVlt CaLCata hæCteCta Budorgis :*  
*Et patria Zechos animosis expulit Hunnis.*  
*Non tulit hanc speciem furijs immanis & astro*  
*Patre Podiebratio superas Henricus ad Urbes*  
*Missus : & effreni mox agmina Marte coegit :*  
*BRESLaisq̄ infusus agris ( Velut aggere torrens*  
*Præcipiti violentus aquis furit erutus, & spem*  
*Eripit agricolis, miserisq̄ alimenta colonis )*  
*Obuia funesto ferro populavit, & igni :*  
*Sed tamen ô nimium truculento dire tumultu*  
*ECq̄VID agas HenrICEVIDE sICrVra LaCessens :*  
*Non Martem quicumq̄ ciet mox prospera læsas*  
*Pacatas reddet cum sors cessauerit Urbes.*  
*Namq̄ duce Hageco seuis succensa Bohemis,*  
*ECCe nefas VLta est DeVastans CVncta Budorgi.*  
*Sic & Elysæa dum Pænis Byrsidos armis*  
*Hannibal Ausonijs fecisset nomina campis :*  
*Auctus ut Oenotrio pallefceret Allia tabo :*  
*Et Thrasimenæa tumuissent sanguine Lympha :*  
*Scipio conuersum Romana in viscera Martem*  
*Per Numidas, Nasamonis equos, per Syrtis arenas*  
*Eluctatus agris cadis Carthaginis vltor*  
*Intulit : & lacera depressos strage Quirites*  
*Ereptumq̄ aurum prada spolijsq̄ piavit :*  
*Ut scelera Elysium vixtrix infanda rependit*

Jurat in ver-  
 ba Matthiæ  
 Hunniadis  
 anno 1469.

Henricus  
 Monsterber-  
 genis filius  
 Georgij va-  
 litar ag-  
 gros Vratis-  
 lauiensium  
 anno 1469.

Axioma Pin-  
 daricum

Bohemiam,  
 iniurijs vl-  
 tura vastat  
 anno 1471.

*Festiuisq̄ sonis ululantes clade Bohemos  
Irrisit tristi, & cineres eversa q̄ passim  
Atria, coniectis Vulcano ac ignibus ultra est,  
Nil miserata; iston' placuit concurrere niso  
Iuppiter Austriadum gentes virtute regendas?  
Namq̄ iterum Elysijs oris fatalibus armis  
Concurrat legio, qua scuta & spicula dextris  
Crispat, agens pradas & latè loca milite complens.*

Vratislavia,  
obsidetur à  
Regibus Po-  
loniæ & Bo-  
hemæ de-  
fensore Pan-  
none.

Casimirus  
rex Polono-  
rum sexagin-  
ta millibus  
hominum  
Vratislavi-  
am cinxit.

Vradislaus  
rex Bohe-  
morum, vi-  
ginti milli-  
bus obsedit.

Curtius in  
vita Ale-  
xandri.

*Rursus atrox Ate sacra scelerata quietus  
Pestis, quam tetrus Acheron Phlegethontius antris  
Edidit, excierat iunctos in pralia Reges.  
Iamq̄ pharetratos turmis Casimire Polonos  
Indomitosq̄ Scythas immanis equestribus ira:  
Et glomeras lituos Lithuana sequentia castra:  
Dum numero intentus virtutem despicias acrem,  
Tu quoq̄ languentes acies, imbellia catus  
Agmina diuersi, nullo & discrimine lecti,  
Vradislaië trahis: tibi non numerosa, sed ausis  
Conscripta est, animosa phalanx, generose Mathia.  
Sic quondã Emathius iuuenis Garamantico ad auras  
Rex Amnone satius minus acre sapore papauer  
Exigui piperis mordaci dicitur escã  
Compensasse, minas factus ingentibus arcens.  
Nam nihil excordes cordato pectore turmas  
Et vanos metuens strepitus, Rex agmine tanto*

*Et nu-*

Et numero dispar, virtute, acriq; cohortes  
 Martepares fecit; promptos & acinace forti.  
 Ac velut Ætneus fraudatus lumine Cyclops  
 Luspide Narycio, vastus quàm carnis aceruus  
 Nil erat; ac anceps gressu titubabat inertis.  
 Maxima sic turba hæc ducibus languentibus, ingens  
 Truncus, & erepto est gelidum sine sanguine corpus:  
 Quod vix vulgus inerme tremat: quod atrocior heros  
 Rideat, & turbas animo subsanniat acri.  
 Aspice clementi cordato pectore quantum  
 Virtuti indulgere iuuet? generosaq; quales  
 Urbs animos capiat? tanto imperterrita casu  
 Quàm nil formidet, sed pressos subleuet hostes?  
 Namq; CRVCem RVTilam, cum candidus AL ES,  
 Horrida villosis pandens LEO rictibus ora (& asper  
 Ambiguo media cinxisset Marte BVDORGI:  
 Tunc ferro, Flamma, Fame, Funere, Funibus omnes  
 Sauromata, Scythici, Lithuani, castra, Bohemi,  
 Argentes, tepidi, exucci, trepidantia, pressi,  
 Sunt cæsi, exusti, enecti, submersaq; capti,  
 Dum pugnam, somnos, rapam, obsidionibus, arma,  
 Infaustam, aternos, crudam, dirisq; nefanda,  
 Instaurant, capiunt, vellunt, tenere, tulerunt  
 In campis, castris, hortis, penetrabilia, ciues  
 Ergò triumphalis statuentur fornicis arcus

Urbs obsessa  
 obsidenti-  
 bus anno-  
 nam largi-  
 tur.

Hostes in  
 obsidione  
 urbis quàm  
 dira exagi-  
 tauerint.

Obsessa an-  
 no 1474.

Insignia Po-  
lonorum,  
Bohemo-  
rum, Hun-  
garorum.

*BRESLA* tibi; valido radiantis robore quāvis (Cessat  
*ALBA IOVIS VOLVCRLS* rostro *IsthlnC*, *VngVe La-*  
*HlnC Leo*: at *Vrbs rVbeo DVrabit sVb CrVCEVI-*  
 Sed tamē has acies, & egentes frugibus altos (CttrIX.  
*BRESLÆ IS* hostes, omnis cognorat *Eous*:  
 Norat & occidui qui flumina potat *Iberi*:  
 Quosq; perurit equis sitibundus *Phæbus* anhelis  
*Æthiopes*: nunquam, *Ryphæisq;* orba pruinis  
*Arua* ubi *Hyberboreus* flectit *sarraca* *Bootes*,  
 Hic tenui gracilis vinebat rore locusta  
 Depastus exucca herbis; dum pabula deerant:  
 Pabula myriadi non suffectura cicada.  
 Ergo ubi *Eleusinio* reuocatas robore vires  
 Hostibus audierant: cunctis *Regina* locustis  
 Huc properemus, ait, glomerato & turbine dices  
 Hos adeamus agros; *Cereris* si hostilia capta  
 Promeruere penus, nobis quoq; dona canistris  
*Triptolemi* plenis referent: si gnauiter herbis  
*Elysios* auido morsu viduabimus agros.  
 Dixit, & expandens crepitantes prauolat alas  
 Grande sonans examen agens: quod duxit ad undas  
 Quas vehit *Erigones* Viader gratissimus amnis,  
 Hic segetes siccis demessas faucibus occant:  
 Ac patulos onerant rictus *violisq;* *rosisq;*:  
 Et sic qua fuerat lepida incunda *Thalia*

Locustarum  
ingens mal-

Fabula,



*FabVLA, feX, CInIs, hel nVn Cest oDiosa CICA Da.*

titulo Sile-  
fiam vastat  
anno 1475.

*Ast expers rationis eras, & bestia mentis*

*Ignelocusta carens: tu cui sacrata tulerunt*

*Numina cœlesti data munera origine, & aura*

*Cur torua tetrum feritate Lycaona vincis?*

*Dum fontes scelerare manus, dare stragis acervos*

*Et iuvat innocuo terram sparsisse cruore.*

*Ergo cruentatis animosa latronibus obstat*

*GorLICIVM, Vt BresLensIs eqVes CVncta InVla*

*Iustū equidē quavis furca pallere latrones (LaXans.*

*Elisis oculis, inclusa sanguine vita,*

*Qui publicam obsedere viam: qui retia presso*

*Arcta viatori posuere indagine caca.*

*Iustius at seclis, semper memorabile cunctis*

*Timoleontis opus; bimarem qui fratre Corinthum*

*Depressam, scepro violentis reddidit armis.*

*Pressa BVDORGIS erat confise Henrice Mathia*

*Cum poteras strictis terrere securibus urbem.*

*Pressa BVDORGIS erat fremebundo prodita Regi,*

*Cum gemuere fero delati crimine ciues.*

*Pressa BVDORGIS erat cunctas cum Steinius oras*

*Auspicio ipse suo manibus degluberet vncis.*

*Quisquis es Heroum nimium ne fide favori*

*Instabilis dubio magnatum tramite vita*

*Voluitur: argentes qui cum cessere sub umbras*

Vratislavia  
& Goltici-  
um equiti-  
bus emissis  
rijs in tol-  
lendislatro-  
cinijs mutu-  
am præstare  
operam an-  
no 1470.

Henricus  
Dominicus  
Capitaneus  
urbis ipsi in-  
fidias struit.

Te perijſſe puta : tanta eſt vindicta ſenatus  
 Quam vaſro ſenſim cuructando crimine ſufflas.  
 Namq̄ caput BRESLÆ, BREslææ maximus Urbis  
 En Iſto eXeMpLo CapItaneVs Ipſe SenatVs,  
 Verbere LICtorIs Leto proſtratVs a Cerbo eſt.  
 Neue Magiſtratus rigidos maduiffe ſecures  
 Sanguine, conſilio PATRES feciſſe nefando  
 Dixeris : en quantis Academia viribus ; & quei  
 Sumptibus, ac quantis pulſat conatibus aulam ?  
 Ergo Periclæo facundas Rhetoras ore,  
 Phæbaos radios, cultaq̄ inuenta Minerua,  
 Undiq̄ diuerſis vaſti regionibus Urbis  
 Conquiſiſſe, Sophum non ingens fecerit ardor ?  
 Nec nummis artes, nec diti dona Thalia  
 Poſtpoſuiſſe lucro ſapientes denotet auſus ?  
 Hos nec Ariſtides, nec maſcula facta Camilli  
 Vincere ? qui tutum poſuere bilancis aſylon  
 Aſtrææ : & Getico Diuas Helicone Camanas  
 Proſcriptas, patria ſunt auſi ſiſtere terra ?  
 Inclſyta regaliſed quid diplomata cera  
 Impetraſſe iuuet : corroſu blatta potenti  
 Vermu edax, Erebi ſoboles, ſata peſtus Auerno  
 In ſpurcam ingluuiem, diramq̄ recondidit aluum.  
 Nam que Cecropidæ tulerant Tritonidas arces  
 Gymnaſia obſtantes tarDant Inſ Ignla pappI

Decollatur  
 anno 1490.

In fundatio-  
 ne Acade-  
 miæ BRÆS-  
 IÆ vehe-  
 menter oc-

Pappi

*Pappi onus agrorum, flabrisq̄ tumentibus Austri  
 Excutiendi olim: cum spreta erit exul Olympo  
 Barbaries, & luxus iners, ac liuor, & ingens  
 Inuidiae rabies, studiumq̄ immane nocendi.  
 Non tamen Elysij Academia diruta terris  
 Effet: honor patriæ, sidusq̄ Haunolde BVDORGIS  
 Nil lane In Digna præstans Hel Morte perisses.  
 Sed quid opes Claras, Phæbiq̄ BVDORGIS amorem  
 Eripuisse iuuat; cum prompto à ciue receptus  
 ACClplas patrlos hIC DIve LaDIsLae fasces?  
 Credo equidem, inuiti generosos fascinat ignes  
 Æthereo demissa polo; quos flamma serenat,  
 Sacrilegum detonsa cohors, grex vèrtice glabro;  
 Et medicas adhibere manus, viresq̄ salubri  
 Vis reuocare rosa, Panacæ gnarus odore:  
 Hinc ergo Iouis armigerum, illinc merce Leonem  
 Ambo animis acres, albisq̄ coloribus ambo,  
 Emporium posita mandas ditare BVDORGIS.  
 Omnia sed frustra: nulla est violentior Orci  
 Eruta pestis aquis: quam cui vicinia limes  
 Inuida præfixus rabie omnia turbat iniqua.  
 Ergò Sauromatum sceptris exosa BVDORGIS  
 EMporla aCCepl VICInIs CLàra PoLonIs  
 Accepit: gelidos ast ut Marpesia Cauros  
 Saxa procellosopulsantes turbine spernunt:*

cupatur an-  
no 1505.

Ioannes  
Haunoldus  
Capitaneus  
urbis obit  
anno 1506.

Ingreditur  
urbem La-  
dislaus an-  
no 1514.

Accipit ius  
emporij  
vicinis indi-  
gnantibus  
anno 1514

Et spe-

Et specula allisas late ardua littore arenas  
 Despectat: tandem assultu atq; aspergine vasto  
 Fluctibus exesas instruit pondere moles:

Quarta ubi Phœbaos lustrauerat orbita curru

Et culmis succisa suis Ceres vsserat agros

Quarta, noui Emporij cesserunt munera ciues.

Mox aliud ciues fœlici Marte trophaum

Urbe locaturi media: quando ense Phalanges

Bartholomæ tuas, & palans agmen equestri

Impingent iterum vicinis robore muris.

Hunc praua afflarat noctisq; Erebiq; propago

Inuidiosa lues, semesis pasta colubris,

Dulcia formosa turbaret ut ocia **BRESLÆ**:

Illa suos natos non esse impune premendos

Monstratura: tubæ vegetas clangore cohortes

Conuocat, atq; acies animosa in prælia cogit.

Est locus, huic **CANTVS** fœlici & murmure Paan

Nomen habere dedit; persuasa hic omine dextro

Miscuit aratas acies; unde ensibus arma

Horrescunt strictis; contra it non segnior ille:

Et dira instantur fremebundo classica plausu:

Nec mora; sit via ui; feriunt, feriuntur; & audax

Ipse laceffit princeps vix se eripit hosti:

Sicq; triumphanti victricu Marte **BVDORGIS**

**VI**ctores speCtat **ConC**ertans **CantVM** honores.

Hæc

sternit:

Quarto an-  
 no post pu-  
 blicata pri-  
 uilegia cedit  
 inuidia.

Conflictus  
 apud Cant-  
 um cum  
 Bartholo-  
 mæo Mon-  
 sterbergensi.

Vratislavia  
 victrix anno  
 1512.

Hæc equidem augusto victoria clara triumpho:  
 Ille tamen maior: victoꝝ excelsior hoste:  
 Quo sacra religio, roseo placidissima vultu,  
 Ingressa est valida noua propugnacula BRESLÆ.

Hæresis Hesperidum violentior vsserat hortos Religionis  
 instauratæ  
 triumphus.  
 Eois egressa iugis; Erebaqꝫ regna

Implerat rahie solita, trepidantibus umbris,  
 Iamqꝫ boatus erat, qui quondam cura salutis  
 Vna fuit; precibusqꝫ Deos obtundere summus  
 Ardor erat, Styx atra ruens lustralibus undis  
 Auctior immensis ductam Charonte carinam  
 Impediebat aquis: cariem sensuraqꝫ membra  
 Ossaqꝫ sacratum squallentia numen habebant,  
 Thuricremasqꝫ aras circum, pictasqꝫ Dianas  
 Cymbala tinnitus, crepitantiaqꝫ æra ciebant:

Sed qui reclusas cælestis panderet aula  
 Religionem fores dia: qui tramite certo  
 Christigenas toto palantes duceret orbe,  
 Nullus erat: Magnam lunnxit Sic Semitam Auerno  
 Stulta superstitio; prisco sancita veterno.

Ergo ut funigeris deuictis hostibus urbem  
 RELligio ingressa est, sublimi vecta trophæo:  
 Candida cælestes velabant lintea mentes:  
 Quæ Barathro exempta Stygijs demittisqꝫ caternis  
 Sideream incoluere plagam: sed murice & ostro

H

Sanguis-

Sanguine quod roseo maceratus tinxerat agnus  
 Inclita religio solio & spectabilis alio  
 Ibat ouans: dum frena sacri fulgentia Tauri  
**ÆLIGERA** de gente puer, gressusq; **LEONIS**,  
 Atq; Aquila ad rutilum corpus, librabat olympum:  
 Ipsa caput cingens lauri Parnassidis umbra  
 Vincla indignantem, fremituq; immane rudentem  
 A tergo spectabat anum: qua vertice glabra  
 Torua supercilio, torta ilia cannabe cincta,  
 Cœrula luminibus, sexu anceps, laxa cucullo,  
 Ponè trahebatur spectantis fabula vulgi.  
 Vix templa attigerat radijs veneranda coruscis  
**RELLIGIO**: ut subito iusto splendore Tonantis  
 Hesse Del Verbum pVrls è fontllVs effers.  
 Tantaq; presentis pietas age premia vite  
 Vix exorsa tulit: nutans ut robore moles  
 Quassato turris placida pulsarit humum vi.  
 Quodq; nec artificis destruxit machina culmen,  
 Precipiti illæsis quassatum ciuibus Austro est.  
 Neve frequens media squalleret sanguine luce  
 Semita, nocte ruit: gelidis cum pressa tenebris  
 Turba latet, facibusq; via illustrantur opacæ.  
 Neve domus tanta compressæ mole fatiscant  
 Ædibus eligitur vacuum locus: vlla ruina  
 Ne tanta misero suppressa cadauera tabo

Typi Euan-  
 gelistarum  
 apud Eze-  
 chielem.

D. Iohannes  
 Hesus Eua-  
 gelij primus  
 apud Vratif-  
 lauientes Pa-  
 stor anno  
 1523.  
 Turris dela-  
 bitur

nocturno  
 tempore

in plateas

nullo op-  
 presso

Mana-

Manarent : teneris leuiora en pondera plumis  
 Aëre subuolitant medio, & librantur in ethra  
 Demandante Deo : qui omnes retraxit ab Orco  
 Tectiuagū præter monstrū : quod aquatica Memphis præter felē.  
 Innumero demens numero asscripsisse Decorum,  
 Et coluisse olim Panchais dicitur aru:

Ergo polo passim cum nox incumberet atra  
 EnrVlt eX Ipsa non noXla pyramIs aDe  
 Pyramis alipedis gestata cohorte phalangu.  
 Inunc, athereumq̄ patrem mortalia miris  
 Cæptamodis curare nega : vel turris olympo  
 Iuncta sacro, & liquidas iterum demissa per auras  
 Obuia presentis præbet documenta IEHOVÆ.

Cænea suppressum geniti de nube bimembres  
 Viderunt (quamuis immensus viribus esset)  
 Arboreis animam sub molibus exhalare :  
 Hic nec Sisyphus potuerunt amula saxis  
 (Sic benefacta Deus, sic verba recepta rependit)  
 Pondera languentes somno prosternere ciues.

Muneris autorem sed religiosa vetustas  
 Vidit : Apellæas conuexi fornicis artes  
 Mnemosynes cunctis intexens versibus euis.  
 Collapsa est turris Sylœ madefacta cruore

Pyramide hac nostra, nemo cadente perit.  
 Nam iussu Domini exceptam, cui gloria soli,

H 2

Angelica

Stupendo  
 modo turris  
 Elisabetha-  
 na vento de-  
 turbatur an-  
 no 1529.

Epigramma  
 additum pi-  
 cturæ.

*Angelica molem deposuere manus.*

*Angelica quoq; molem Herois fulminis & vim  
 Deposuere manus iterum: Phlegethontius anguis  
 Anguis inaccitus qui quondam manibus Orcum  
 Implerat, pronisq; canem satiauerat umbris,  
 Cum dira enectus perijisse venena colubris  
 Cerneret; & spretolemurumq; strygmq; tumultu,  
 Cælicolum sedes animas sentisset adire  
 Æstibus irarum tumidus: mox rauca Chelydrus  
 Sibila sufflauit linguis micuitq; trifulcis  
 Incassum: & dentes nullis succibus ore  
 Exeruit tetro: posita placidissimus ira  
 En dVastorq; Vet ReX FerDinanDV's habenas:  
 IngressVsq; Ve tVos MVros, VItVte, BVDorgls,  
 AVgVsta serVat qVos VoX MVnDaVerat Ingens:  
 Vox Euangelij, qua nec Nepheloidos astrum  
 Est ouis: aut roseo Tithonus pulchrior ortu.  
 Quem tamen Ausonij committere semina sulcis  
 Arbitr imperij, sacris & frugibus arua  
 Passus erat media clemens vestire BVDORGI  
 AVro & thVre Vehes pondV's rex eXIgit HeßV M:  
 HESSVM, quem pietas, & egeni immensa clientis  
 Cura, poli celsa radiantis in arce locauit:  
 Illic diue tuus mulcet sermonibus auras  
 Maxime Romulidū Æ Millie, ampli Iuppiter orbis,  
 ÆMI-*

Cæsar Fer-  
 dinandus  
 ter Vratisla-  
 uiam venit  
 annis

1527.

1538.

1546.

I. Heßus  
 Verbi Dei  
 minister o  
 bit anno  
 1547.



*ÆMILIAM superans stirpem integritate probata:  
 Factorum FABIAM deuincens MAXIMAM ho-  
 Sed prius astriferi tibi quàm pandatur olympi(nore).  
 Regia venturas princeps in fœdera sceptri,  
 IngreDere optat V's pater Vrbes ÆMIL lane:  
 Ingredere auspicijsq; tuis ac numine firma  
 Laurigera ciues degentes pace quietas.  
 Nam Solymannaos te Cesare BRESLA furores  
 Compescet, iunctus sociata valentibus armis:  
 Qui sunt præpetibus tristi victricibus alis  
 Funere fœdis fragum lacrumoso protinus Orco  
 InleCtVri hoste M qVI ClnCtas Lanclnat arCes.  
 Namq; Geta immanis bimares ubi Bosphorus arCto  
 Littore pressat aquas formosam & ab Asidos orbis  
 Diuidit Europam seuis coquit ignibus iras:  
 Quis nostros urat. truculenta cerasa Penates:  
 Hunc qui conficiat Clarijs Pythona sagittis  
 Exoriare aliquis; funestum & pelle Draconem.  
 Nec scio quo præsaga boni mens omine signet  
 Ingressum Heroa quo Maiestate corusca,  
 Diue RVdolphe subis culta penetralia BRESLÆ.  
 Ecce triumphales miris compagibus arcus  
 Aurea mole poli fulgenti sidera pulsant:  
 Ales apex louis est; vastos latera ardua cingunt  
 Cyclopas: medio librat puer aliger alas:*

Dius Ma-  
 ximilianus  
 venit Breslã  
 anno 1563.

Zigetho a-  
 misso maxi-  
 ma expedi-  
 tio in Pan-  
 noniam an-  
 no 1566.

Magnifica  
 porta trium-  
 phalis Diuo  
 Rudolpho  
 II. &c. erecta  
 Vratislaur.

Hic niueum iungens rutilus adamantina pyropis,  
 Fulgido ouans nitidis auro diadema coruscum  
 Diue RODVLPHE tibi, lati spes inclyta mundi  
 Impositurus adest, alis: sed ligneus istis  
 Est vigor: & lento texti de vimine ventres  
 Ad motus faciles, faciuntq; ad iussa paratos,  
 Te subeunte domos; ut promptis corpora nisu  
 Flexa ministerijs valido fabrilis origo  
 Equaret viuis immensa mole gigantes.  
 Illa sed Archyta volucrem, atq; toreumata Bæti,  
 Dædaleosq; ausus superans, clangentibus alis,  
 Accipit optati radiantia Caesaris arma,  
 Arma Getis & Bastarnis metuenda remotis.  
 Ergo cui parent omnis cum marmore tellus  
 Hic capiende domo, cum nec capiaris ab orbe  
 Urbis spes, & a Mor, robVrqVe, Venlto RODVLPhe:  
 Namq; patent faustis reclusa palatia sceptris.  
 Hactenus hæc: digitoq; tuum compesce labellum,  
 Cynthius augur, ait: satis est te carmine fatis  
 Præteritis inhiasse tuo: præsentia nostra  
 Fata Urbis memora, sacripia semina verbi  
 Et liquido lymphas haustos è fonte salubres:  
 Nec stricti Astrææ chalybis vim dicere mussa:  
 Aut Heliconis aquas, diuina reperta Mimeruæ  
 Namq; atantùm virtute acri viguisse nepoti est  
Dedecus

Ingreditur  
 urbem D.  
 Rodolphus  
 II. Cæsar  
 anno 1577.

Dedecus in rutilum cum vis euanuit at hra  
 Viuida; & immensus stertendo emarcuit ardor.  
 Quid quondam domuisse feros videlicet hostes  
 Expediat telis at auorum sanguine parta,  
 Si nunc imbelli squallerent Marte trophæa?  
 Quid positas firmo quondam fundamine sedes  
 Stella tum secuisse polum: cinctamq; Budorgin  
 Infensos spreuisse viros iactarier Vlli  
 Profuerit? si nunc ultores deses in ausos  
 Colla triumphatis daret impedienda catenis?  
 Et quid fulmineo igne Scythas, telisq; trifidus  
 Exustos memorare iuuet, mora tanta, latronis  
 Si Getici tantum tardasset acinacis æra?  
 Et quæ crudeli vitales sontibus ense  
 Eripuisse animas laus sit? si cominus ima  
 Miscerent summis Furia? si deuia planis?  
 Et quid religio portis induceta triumpho  
 Breslaus lato prosit: si protinus arces  
 Exul & extorris cogatur linguere BRESLÆ?  
 His etiam dicturus erat grauiora, nec Vllus  
 In peius Nemese vesana euentibus acta:  
 Ni dictus issem contra: Latonia Phæbe  
 Progenies, quis post tripodas, laurusq; sacratas  
 Tentabit, subiens resonantia Phocydus antra?  
 Splendidiora tuosi rerum lumina curru

Defecisse

Qualis ho-  
 die in clux  
 urbis Vratif-  
 lauræ status.

Regimē tri-  
plex:  
Ecclesiasti-  
cum.  
Politicum.

*Defecisse putas? armenta fugacia cervos  
Insolito partu ediderunt Getula Leana?  
Aut falco generosus, agens & in aëre prædam  
Chaonias aluisset aves? aut sedula fucos*

Domesticū.

*Ignavos duxisset apibus sub luminis oras?  
Falleris: en quantus inflator Hæresis ausis  
Est expulsa: bilanx Astrææ aurata coruscet  
Eiecto invidia monstro: quam dia Venustas  
Cinxerit ambrosia penetrabilia frondis oliua?*

ECCLESI-  
ASTICVM  
REGIMEN.  
Mundities &  
structura  
templorum.

*Nam sic caliculus fundata theatra sacratis  
Videris, ingenti spernentes mole procellas,  
Næ Iouis Elei & formosæ templa sororis  
Spernes, intercepta iugo Cyrrhæa bicorni  
Quæ Chelyn apprehensens Buxeta sonare docebas:  
Talia turrîtæ surgunt delubra BVDORGIS?  
Amphitheatra tuis trabeate superba Quirine,  
Ciuibus, & ductæ placeant ad sidera moles:  
Immane s̄q; alij cœlent ex ære colossos:  
Piramidasq; Pharonq; locent; aut Gnosia regna  
Irremediabilibus monstrosa ambagibus aptent:  
Quæ rimis diffissa suis annosa senectus  
Ausonia ut monstrant deiecta cadauera Roma  
Eruit; & rerum cæcis immiscuit umbris:  
Æterni nos tecta Iouæ (licet indigus ullis  
Non sit delubris; parua nec maximus autor*

Æde

*Æde coarctetur ) fas est mandare cothurno ;  
 Queis turrata polos , nubesq̄ BVDOŔGIS adæquat.*

*Nam cum suppressum rediuuio lumine passim  
 Verba Dei, tVba prosperior, sonVere per orbeM  
 Tunc subitò ingentes immissa calitus aura  
 Ioua pater tenebras optata luce diremit :*

1517.

*Luce coruscanti, quam nec stygis amne , nec Orco  
 Nec triplici possit diademate tollere ab urbe  
 Cerberus ille trifaux, & hiantis portitor Orci.*

*Et quamuis Furijs Phlegethontius anguis, & oestro  
 Immanes dubia renouaret sede tumultus :*

Vide Sleidanum.

*Attamen alta Dei patefacta oracula vatis  
 Cornigeri, & Fidei pia dogmata Christidos hausit,  
 Ac prece, non precio, & nullis venalia gemmis  
 Iura reseruauit cælesti BRESLA fauore.*

Lex &amp; Euangelium.

*Continuò reclusa hominum penetralia summi  
 Aura Iouæ , roseusq̄ cruor, mandata Tonantis  
 Lymphis immerserè nouis : quæ torrida hiulci  
 Disspade ad infixos releuarunt vulneris æstus :  
 Sed nilaudatæ verso subigantur aratro  
 Fertilitatis agri , glebaq̄ Aquilonibus arui  
 Crebro ostendantur : tribulis, lolio, atq̄ rubetis  
 Spinofus squallebit ager : nec ab ubere rapta  
 Tuta bidens fuerit rabiem expertura luporum :  
 Lanigeras ut pastor oues , sic rura colonus*

I

Nifer-

In feligen-  
dis S. S. E-  
uangelij mi-  
nistris cau-  
tis. seduli-  
ras.

*Ni seruet, vigili & sulcos rimetur aratro.*

*Hinc indefesso diuinas gnauiter artes*

*Expertos studio Heroas, & numine plenos*

*BRESLA reformantes a sciuit obesa Baalis*

*Agmina Pastores: qui nescia pulpita veri*

*Vocem Euangelij legemq̄ sonare docerent.*

*Ergò Palæstinis sudantia balsama lignis*

*Instillata leuant Lerneis corda venenis*

*Saucia: sed fortis vetitum instillata coërcet*

*Gutta meri: & viru quassatis mentibus arcet.*

*Nec mora, ubi sentes, dumiq̄, vepresq̄, rubiq̄,*

*Et vigiles punctura manus spina horruit: illic*

*Aurea fœcundus consurgit mæsis aristis:*

*Iamq̄ rosa vernant, amarantina germina vernant:*

*Pars phlogion, casiasq̄ metit, seroq̄ comantem*

*Narcissum: feruent opera, studiosaq̄ vites*

*Falce phalanx vigili fragrantibus inserit hortis.*

*Iam mora longa foret, sacram numerare cohortem,*

*Qua teneros agnos BRESLÆI pauit ouilis:*

*Martia CATTorum cognomina & nomina habentē:*

*Nam tot seruauit montosa quot Hassia ciues*

*Cingit inaccessis scopulis: MOIBANVS adempto*

*Felle cluens comi stabilem facundiâ honorem*

*Seruabit: Iouaq̄ Lydo preciosius auro*

(vnda

*AVRIFABER verbum formans: & GENTibus*

Dives

DIVES ad aspersis, sacra ti & fonte lauacri:  
 Tharsiadis comite & vel Apolline POLLIO dignus:  
 SCHLVtiada gemini, FL EIScheri immobile pectus,  
 Franciscusq; sacra plenus Virlingius aura:  
 Et SVEVVS docto ORE sagax, VICTORq; loquela:  
 Sanctum opus assiduo studio qui gnaviter urgent:  
 Et sacris hominum mulcent concentibus aures:  
 Dulciaq; austeris iungunt: & mellea amaris  
 Sapius immiscent: dym ceu Maurusia cautes  
 Pectora dura petunt; dum mollia mentibus addunt  
 Corda adamantæis: & sacra munera lingua  
 Distribuunt, pronosq; tenent, stertentibus addunt  
 Calcar: & adductis nunc hos moderantur habentis:  
 Nunc illos stimulant: penetraliaq; aurea Olympi  
 Unigena roseo, reclusaq; sanguine tecta  
 Ostendunt; aditusq; parant ad cœlica tempe:  
 Dum pulsum niueas peccatum tetrius Orco  
 Deseruisse animas violento cogitur ore:  
 Et Paradisiacas epulas, escamq; salutrem  
 Mystica naturæ promunt languentibus agris:  
 Flaminis & sacri pressos formidine fontes  
 Unguine solantur: rursusq; Acheronte reuulsos  
 Restituunt astris: Erebo lasa veneno  
 Membra reuellent, ne pars, quæ criminis expers,  
 Ladatur, sociamq; luem sensura tabescat.

Officia mi-  
nistrorum  
Euangelij.

Legitimus  
sacramento-  
rum vsus.

Abolutio.

Cœna do-  
minica.  
Cōsolatio.

Dehortatio.

O vere Elysiū & peramāna vireta piorū,  
 Et dulces animæ, per Hymethia prata vagantēs  
 Ecquid in Hyblæis erratis collibus? ecquid  
 Ambrosiā pasta cœlesti & Nectare mensis  
 Dignatæ superis hoc seculo degitis aureo?

Aurea sunt equidē templorum culmina; & auro  
 Interiora nitent: nec haris immunda, sed aris  
 Sancta theatra vigent: Pario dum marmore fulgent  
 Phidiacas victura manus monumenta, tabellæ  
 Æmulæ Apelleis, ac vsibus apta lucerna.

Vidi ego Praxitelis spirantia molliter arte  
 Æra, renidentes ductosq; in marmore vultus:  
 Aut modico immanem saxo Goliatha petentem  
 Isaiden: titulos Ultriciq; igne piantem  
 Eliam: aut Iouam sulcans ignibus alto  
 Emicuisse globo; sanctosq; ex ordine vates.  
 Nec tantum aligeris cathedra suffulta ministris  
 Pulpita calatis: glomerata sed agmina circum  
 At pedis turbæ, viuentis viuida Ioue.  
 Splendor inest cunctis, radiant lauore columna:  
 Et testudineis hærent compagibus arcus,  
 Marmore discreti, iunctoq; coloribus auro.  
 Iam quoq; nimbose deiecta cacumina turris  
 Aligero delata choro, instaurata, colores  
 Solerti taxere novos ac arte nitorem,

Unde



Unde salubriferi quod sentiat inclyta Verbi  
 Præmia disquiras: quod protectore Iehoua  
 Experiatur opes et robora pennipotentum  
 Turrita credas tranquilla habitacula BRESLÆ.

Organa quid memorem, concepta quæ follibus Euri  
 Phæbeam aquatura chelyn flabra, atque susurrus?  
 Sic olim Odræ tangens Rhodopeius Orpheus  
 Plectra sonora lyra lynces spelæa coegit  
 Linquere: & apricis nudatæ vallibus Ida  
 Flammiferos immisit equos: ut pectora lato  
 Attractura sono, & mentis pulsura tumultus  
 Atria festiuo replent sacra organa plausu,  
 Omnia sed frustra: ni pectora (ut acer, echidna  
 Ceruus aquas pastus sitiens gutture poscit)  
 Maximus ardor agat: gratum ut de fonte liquorem  
 Saluifico exquirant: rosei quem lympha cruoris  
 Christe tui lateris guttis manantibus unit:  
 Huius inexpleto sitiens ardore BVDVÆRGIS,  
 Agmina vasta trahens, sacra glomeratur ad ædem.  
 Namque lacesitum repetito verbere ferrum;  
 Æraque clangenti vix dum fremuere boatu:  
 Xerxes ut subito turmam equatura cohortis  
 Agmina confluxisse vijs ad splendida plenis  
 Tecta Iouæ videas: videas glomerata frequenti  
 Pectora concilio: Quot arenis naufraga syrtis

Æstuat : aut gelidis Ryphea quot antra pruinis  
 Albent : aut ornos nemorosa quot Othrys opacat,  
 Gressibus hæc delubra Dei subijisse citatis :  
 Ut liquidam impellant gemitu & balatibus æthra ;  
 Et ciant gemitus : imo suspiria sæpè  
 Pectore ducentes : Scythicas pulsura ruinas :  
 Quæ Geta terribili trux tentat acinace : & armis  
 Pannonas aggreditur, nostris vicinior oris.  
 Nam velut immensas echenëis paruula puppes  
 In medijs remoratur aquis : ut carbasa ventis  
 Nequicquam antennas onerent : validiq; lacerti  
 Languidi in impulsis torpescant Doridis undis :  
 Sic precibus, blando & vagitu immensa lehoua  
 Ira retardatur ; vibrataq; tela trifulca  
 Torpescunt medio iactu : si feruida vota  
 Exiguo celsas perrumpant murmure nubes.  
 Nititur his armis Ecclesia ; & orba potentum  
 Orphana presidij manantia lumina fletu  
 Tollit : & oppressos lacrumis humectat ocellos :  
 Nec votis dubitat, nec qua ratione viaq;  
 Auxilium sit Ioua pater, requiemq; daturus  
 Nosse cupit : rationis opus ludibria mentis  
 Humana ridens, Erebi sibila monstri.  
 Exulat hinc Vesana phalanx Cytherëide nata  
 Lucifuga blatta, cariam facturaq; regnis

Afiduo

*Afiduo tinea arrosu, ac spurcissima Arachne  
Bis geniti & Python confixus arundine Regis.*

*Sic igitur rigido promanans pumice, & ipso  
Purior electro: aut argenti pondere magno  
Unda ruit: blandaq; herbas aspergine rorat:  
At circum roseis saluunca immista frutetis  
Cum Tithane hyemes viuis à fontibus arcent:  
Neue venenata defœdent aspides undas,  
Aut buxeta Dionææ Bercynthia myrto  
Intexit pastor: vel muros aggere denso  
Stipat: & aggestâ latices obfirmat arena.*

*Fons viuax, quouis nitido fulgentior are,  
Est sacra relligio: sunt dia oracula verbi,  
Qua multis impuralocis, turbataq; denso  
Exhalant tetram cæno inquinata mephitim.  
Hæc BRESLÆ purum depromit fonte liquorens  
Irriguo: Paphÿ sed plena rosaria floris  
Doctorum turba est: quæ ne quod araneus aluo  
Impurus spurca, & mira versatilis arte  
Texat opus cunctis instando præcauet horis:  
Ne tamen hos frutices colubri, laticemq; venena  
Inficiant, celebri clari molimine patres  
Aggere vallârunt valido, viruq; remorunt:  
Dum vigiles mystas, dum verba sacrata benignis  
Defendunt studijs, & iure tuentur, & ense.*

Religio V-  
ratislaur  
ab anaba-  
pisticis &  
Enthustasti-  
cis alijsq;  
erroribus  
purissima.

Typus cœ-  
lestis do-  
ctrinæ.

Ad confer-  
uandam E-  
uangelij  
puritatem  
confectus.

Ministri!

Magistra-  
tus.

Nec

Nec solum nocuisse ipsis res morte pianda  
 Censetur cunctis : sed ineuitabilis arcus  
 Si nece pastorum discidit stamina, & Udos  
 In sanctam turbam distrinxerit Atropos enses :  
 Continuo gemitu, & miseris ululatibus implent  
 Atria BRESLaidæ : lacrumisq; boantia vincunt  
 Æra : repercussa plangunt & in aethere voces.  
 Vos ego, vos manes, nitidi vos lumina Olympi  
 Alloquor, insigni prestans pietate, fideq;  
 POLLIO quos coluit, suprema & ad astra remisit,  
 Unde illis ortus cælestis origine flamma  
 Pandite Hyanthææ veri monumenta Thalia.  
 Anne biceps unquam frondosis Parnasus antris  
 Flatibus aut Boreæ, tumidisq; crepantibus umbris.  
 Fragore insonuit tanto? quo tumba pheretro  
 Impulso gemit sparsis de plebe querelis.  
 Nam vigil inductis rorauerat arua fluentis  
 Exercens glebas depressi vomere aratri  
 Et pingui affixas radices sedulus ipse  
 Demandarat humo: vitesq; intexerat ulmis  
 Altius in sedisse solo radicibus actis  
 Exitus ostendit plantaria; & ubere sulcos  
 Fertilitate replese arui plena area monstrat.  
 Nec malè testatur concredita semina glebis,  
 Diues, & innumeris Ceres eruta frugibus hortis.

Ecce

Ciues.

Planctus  
 plebis in fu-  
 nere Pollio-  
 nis.

Nosoco-  
 miorum  
 apud Vra-  
 tislauientes  
 structura.

Ecce nec Attalicis seruandas sumptibus ades,  
 Nec Labyrinthæo tecta alta errore, sepulchri,  
 Ant Mausolæi fastus; nec inania busta  
 Sed uiuentis templa Dei, uiuentia templa.  
 Qualiâ sint dubitas? languentes paupere censu  
 Christicolas pia BRESLA fouet: succurrit egenis:  
 Pauperibus præsto est: inopi largitur: & agris  
 Scit Medicas adhibere manus; nec Pæonis arte  
 Nec succis Panacea tuis, nec sumptibus ullis  
 Parcit: amore sacrum patriæ ut tueatur honorem.  
 Nam si maturis cui rugis aret annus  
 Tempora, lethiferamq; intexat crinibus atris  
 Cantiem: ac hebetet vires tardante senecta:  
 Ut vegeto nequeant vitam instaurare labore:  
 Nec victu inuigilare queant; tunc corpora anhela  
 Et quibus effata languent in corpore vires  
 Munificis seruant studijs: alimenta q; largâ  
 Grata manu præbent: animasq; tuentur aniles:  
 Ne grauis exitium, & fatum penuria edendi  
 Acceleret; rabiosa fames penetrabilia Christi  
 Diruat: exuccis rabies nec faucibus angat.  
 Cumq; locis alijs spreti foueantur egeni,  
 Ut vix ossa trahant: lassos & anhelitus artus  
 Vix eger quatiat; macies documenta q; præstet  
 Lurida; quàm tenui uiuant ut rore cicadæ:

Inijs con-  
 seruandis  
 munificen-  
 tia,

Cura plus  
 quam pa-  
 tria egeno-  
 rum,

*Hic gratis datur omne tamen, precibusq̄ reponunt  
Intellecturo flagrantia vota Senatui.*

*Nam grauis annona ut ciui releuetur egenti  
Omnia succenso cum Sirius vfferit aestu:*

*Non hoc sunt referenda loco: prudentia ut illud:*

*Sic hoc est pietatis opus: facit Ethnicus illud,  
Christicola hoc solus; vili cui natus amictu  
Hoc latet unigena: & benefacta rependit Olympo.*

**Aegrorum.** *Turba datas agrotas dapes fastidit, adusto  
Sanguine si nimis cor bulliat ignibus vstum:  
Hinc adeo celebres rerum experientia & vsu  
Atq̄ Machaonijs insignes dotibus, arte  
Pæonia vitas, lucemq̄ morantur amatam.*

**Mundities.** *Neue Acheronte serpent contagia viru  
Squallida, nec tabo putores membra malignos  
Exhalent munda vacuantur sordibus ades.*

**Disciplina** *Nec vafra his fraudes, nec adesa furoribus harent  
Pectora concilijs; spargentia tristia liti  
Semina discordi, patrijsue inhiantia damnis,  
Sed precibus cunctas qui insumant acriter horas:  
Proq̄ vrbe excubias alacri pietate, fideq̄,  
Semper agant: seruentq̄ vices; pastoribus vsq̄  
Cedriferi qui montis opes, roremq̄ Sionis  
Depasti Elysio depromunt germina flore.  
**Scholarum**  
**necessitas.** *Sed quis inexhausta Clarij quod talia fontis**

Qui dubitet moderetur erit Virtute Senatus?  
 Ut Thetyn fausta tentatum puppe stupefeat  
 Haecenus, & dextris clauum prudentib. actum  
 Syrtis arenosa tristem euitasse Saburram:  
 Et cum de multis sensim concreuerit Urbs haec;  
 Non tamen ipsa sibi, nec alumnis discrepat, aut cui  
 Sit tam larga quies, aut cui concordia maior;  
 Nec seruandarum maior reuerentia legum.  
 Ille equidem ancipiti studio in contraria semper  
 Scindetur: qui tanta Heliconia ferre fluenta,  
 Atq; Aganippæolatices è fonte petitos  
 Haud statuet: culta dant præmia tanta Camana:  
 Et stabilis seruat fundatos Pallas honores.  
 Hoc memori reputans augustus mente Senatus  
 Inuiolaturò pacatos robore ciues  
 Innumeros stabilire volens Virtute per annos:  
 Aõ iam sacro proscriptam monte phalangem  
 Mœnibus obsessit validis meliore locatam  
 Parte, sacris pandens studijs Parnassia Tempe.  
 Phœbe faue ceptis: laurus tua germine leto  
 Luxuriat, tripodasq; tuos BRESLA inçlyta nouit.  
 Hec opus, hac Virtus, hac vnica meta salutis:  
 Nectareos succos planta instillare nouella:  
 Atq; salubriferis rorare liquoribus herbas.  
 Exulat hinc incunda quies, & lassa sopore

Illarum cu-  
 ra apud V-  
 ratislauien-  
 ses.

Corpora detrectat tantus labor, urgeat ingens  
 Istud onus vigili solers industria capto,  
 Quod docto ingenia & mentes exercet aratro.

Studia arti-  
 um libera-  
 lium.

Atq; his non studijs faseat prasagus Aruspex  
 Phœbus: & Aonio degentes colle sorores?  
 Ingenua cum prima simul feliciter arte  
 Fundamenta locent, sacrum instillando liquorem:  
 Quem roseo primaeva phalanx exhauriat ore.

Petrus Vin-  
 centius Rhe-  
 tor elo-  
 quens.

Hac Stagirita etiam discedit victor arena:  
 Namq; Cytheriaco sunt illita pectora succo:  
 Veraq; rimatur Sophia penetralia pubes.  
 Hic etiam viguere olim, semperq; vigeunt,  
 Quis placidas docto voces fundentibus ore  
 BRESLA ferè obstupuit: gelidis rediuius ab umbris  
 Maximus eloquio facunda Tullius artis  
 Nubiferas Alpes, gelidi pineta Zabothi  
 Uicisse erubuit: miratus florida Tempe  
 Elysjs vernare iugis, BRESLÆq; frutetis:

Linguarum  
 Studis.  
 GRÆCÆ.

Mobilis inde viget donum mirabile linguae:  
 Ascrei monumenta senis: nemorosa Pelasgum  
 Dum studiosa cohors intrat viridaria; dumq;  
 Pastoris Siculi modulatur arundine molli  
 Carmen: & Argivæ repetit Panegyris honorem:  
 Myrmidonum hinc proceres calathis redolentibus a-  
 Et quot alit flores Heliconius Otrys, & Ossa, (stant:  
 Quotq;



Quotq̄ biceps campis Parnassus gramina promit,  
 Accumulant, sacris Panacæa turgida succis,  
 Hic Pancheus odor Nabathæis dulcior aris,  
 Deliciæ Danaûm, Veneres, Graiijq̄ lepores,  
 Nomen in Urbe tuum linguis insigne Pelasgis  
 BRESLA ferent, stabili Musarum in sede locantes,  
 Namq̄ Calauræa Latoidos alta gemellis  
 Laus genitus surgat? sed quæ vultuq̄, togaq̄  
 Dictynnas centum, sed Phæbos mille sub auras,  
 Ediderit, meritâ non pulset sidera laude?  
 Quid sacros apices, & sancta idiomata linguae,  
 Atq̄ Palestinis voces regionibus vsas  
 Commemorem? fors tempus erit tua quando reclusæ  
 Excipient Plutarche fores monumenta: sacroq̄  
 Livijs eloquiopandet Romana theatra.

Hebræz.

Instrucissimæ  
Bibliothecæ.

Sed studiosa faui populatrix montis Hymetti  
 Languet apis, Cauro cum deuia rapta furente  
 Ingitur campos, rigidâq̄ argentia caute  
 Saxa petû: nec enim violas, Thyma, thymbra, lo-  
 Nec flores Cythisi, sterili dominantur in aruo. (tonq̄  
 Sic &), Apollinæ pars indubitata cohortis,  
 Occumbet diro mediæ languore iuventa,  
 Si premat Aonidum penuria pestis alumnos:  
 (Paucis quippe datum est Erebaæ Vallis Erynnyn  
 Pellere egestatem, tenebrisq̄ emergere ab imis)

*Hic vis nulla malo: en studijs immensa senatus  
 Bibliotheca sacris delubris iuncta Tonantis  
 Surgit: & ingenti cœlestia munera libros  
 Fata sinu condit Ptolomæe pignora gaze.  
 His immensa locis reclusa sacraria Diuûm  
 Pandit ouans animis pubes, iungensq; corollas,  
 Candida odorifero contexit lilia anetho:  
 Pars te Phœbe dolet (cum sis altissimus) abses  
 Precipiti gyrare mora; quam flore columnos  
 Turgenti implerit calathos; & flexile vimen:  
 Et pueris misti iuuenes gratissima libant  
 Pabula Thymbrei roris; dum Nectare cellas  
 Distendunt tenui, atq; fauis fundamina ponunt  
 Mellea Dædaleus, & floribus horrea texunt.  
 Aspera egestatis sed vis inimica Mineruæ est  
 Ingenijsq; luem fortuna sagacibus impar  
 Ingerit: aduerso mentes luctamine frangens:  
 Et rara est virtus, nec aquis emergere ab altis  
 Pauperies pannosa potest, & ad infima trudit  
 Inuida anus, furia immanis, sacra Nocte, Ereboq;  
 Ergò quibus Natura sacro fu it aequior igne:  
 Ne sors infesto deturbet noxia nisu,  
 Tu quoq; honoranda tutum virtutis asylon  
 Prospicis Aonidum splendor, sacer ordo, Senatus.  
 Te sonat Albi equis: tua se Phyliræus Elyster*

*Condere*

Recludun-  
tur singulis  
hebdomadis  
quatuor  
horis.

Stipendio-  
rum muni-  
ficentia.

Condere dona stupet : glomerat Sala alueus undas,  
 Deuehit & placidos studiosis munera alumnis,  
 Cur Helmea canam, quæ nos radiare fruteta  
 Vidimus auro ipsi? quid saxo structa vetusto  
 Atria Cattorum, turba sacra nouena?  
 Quid patrius rorat quos Odera dicere captem?  
 Aut Argentinas monstrôsâ turre Camenas  
 Pandam? munificis dextris quæ BRESLA fouendo  
 Mancipat Aonidis: quæ si mea dicere tentet  
 Venula Sisyphios iteraret pressa labores:  
 Exitus (ut locuples testis,) cum faustior omne  
 Eruat ex imo dubium: quanto Itala tellus  
 Fœnore ad Elysios cultos dimittat alumnos;  
 Ergò fores pateant, ut ad alta palatia cæli:  
 Diq; Relligio pietatis munere surgat;  
 Munifica dextra, danda est sacra palma BVDorgis,  
 Baldus ut æquales, & Iason iuris habenas  
 Flectat: opes & quisq; suas pacatus honestis  
 Legibus immunus Bellona à fraude reseruet:  
 Munifica dextra danda est sacra palma BVDorgis,  
 Utq; lues diras tollens Epidaurius anguis,  
 Certior aut illo tutis Hygiæa medelus,  
 Iucundisq; citisq; simul profliget: & orba  
 Remige tartarei relinquat transtra fluenti:  
 Munifica dextra danda est sacra palma BVDorgis.

His foun-  
tur studiosi.

S S. Theo-  
logiæ.

Jurispru-  
dentiz.

Medicinæ.

Sed

Peregrina-  
tiones Audi-  
torum V.  
ratislaue-  
sium.

*Sed quibus Eois turget ditissima gazis  
Copia, & ceptatum iam dudum splendicat aurum :  
Hos non degenerem patiuntur ducere vitam :  
Sed quando ambrosia Viadri fouere sub antris  
Naiades umbrosis ; formosa alimenta iuuenta  
Castalij fontisq; instillauere fluentum :  
Tunc ne torpor iners generosos occupet artus  
Ad maiora vocant : prono ut sublimia gressu  
Per vepres sentesq; petant, per inhospita tesqua :  
Nil formidatas cautes, nihil antra Charybdis  
Scylleosq; canes, nil naufraga monstra putantes :  
Cumq; alijs Cytheræa locis fædo comitatu  
Uesaniq; greges, & tinctæ Manades vuus,  
Bassarum ut Dionysæum rotet impia Thyrsum,  
Immensas spargant gazas ; ac prodiga plenas  
Sumptibus innumeris exosset turba crumenas :  
Hic peregrina iuuat, laribusq; remota paternis  
Tecta citus lustrare vijs ; cum littore pontum.  
Nec satis est Isthmi cataraetas lintre citato  
Præterisse : iuga aut Oëni, quæ cinctæ pruinis  
Precipitant gelidis auulsos Alpibus ornos :  
Nec pater Albi tuum satis est potasse fluentum :  
Nec Fabiraneæ lymphas sulcasse Visurgis :  
Restant Hesperides ; & custodita Dracone  
Aurea mala illis, Pyrene nubibus æqua*

Meridies.

Septentrio.

Auri-

*Aurifer ipse Tagus: quondam Tartessia Calpe  
Pastore occiso, nunc Alcidea triformi:*

Herculis  
Columnæ.

*Aut adeunda altis fundata in fluctibus arces:  
Urbs etiam Phrygijs quam iussu Palladis armis  
Condidit Antenor: Musarum Felsina mater*

Occasus.

*Visitur: Elysiâsq; rates Po nomine maior  
Deuehit: & tumidus Romano nomine Tybris.  
Lintea quin validis dat Sequana spumiger alnis:*

*Sequana ciuiles absorbens gurgite turmas:  
Atq; iterum eructans liuentia corpora tabo:*

*Tuq; rates torques sub gurgite Vistula uosq;  
Puppe Borysthenida lustrat turba impigra (quid non  
Laudis tentat amor? que non discrimina poscit,*

Oriens.

*Ut cultum, ueropassim splendore nitescat  
Ingenium varia rerum experientiâ (& usu)*

*Namq; ubi uirtutem lauro Parnasside cingi  
Et meritis Areten rutilum conscendere Olympum  
Sentit: olympiacos pubes certamine cestus*

Gloria sti-  
mulus virtu-  
tis.

*Indefesso alacris tollit: stadiumq; remotum  
Tentat, & ad metam cursu festinat anhelò.*

*Nec generosa malis fallunt euentibus ausa  
Optata sortes: sed pasta ut rore, rosissq;  
Crura Thymo plene flagranti examine leto  
Excipiantur apes: sed fucus Nectaris expers  
Arcetur tectus: Sic docta BVDORGIS alumnos*

POLITI-  
CVM RE-  
GIMEN.

L

Mori-

Moribus exultos, arte acres, mente sagaces,  
 Uso auctos, virtute amplos, Themidisq; peritos,  
 Quando iterum ad blandos post secula longa penates  
 Deuenere; patres venerandus fascibus addunt:  
 Fascibus Oenotrium quos vix gestasse senatum  
 Atq; Quirinales Aquilas, Viadrina fluento  
 Testatur medio: aut fraterno sanguine Roma  
 Condita, & Vignarum dia probitatis asylon.

Amplissima  
 familia flo-  
 rentes vetu-  
 state, & po-  
 tentia.

Incluta sunt etenim & celebri tollenda cothurno  
 Stemmata diuitijs & origine clara vetusto.

Hic etenim centum, stemma inuiolabile, lustris,  
 Ienckuitium blandis moderatur fascibus urbem.

Hic auctus celebris Mullere insignib. alta  
 Pulsas laude polos: surgens in cornua ceruus  
 Aurea Rhedigeros acer notat: & tua semper  
 Gloria Reicheli: bifidaq; insignia stirpis

Uttmanna durant: Latijs viget incluta passim  
 Stirps Saurmanna locis Huttenæ cura Camenæ:

Hu alios: abrumpe moras: per inhospita claustra,  
 Phæbus ait, moliris iter successibus agris:

Scilicet Aoniæ comprehendere stemmata plectro  
 BRESLÆA, haud tua fata sinunt, augustior illis  
 Meta patet: limesq; amplo præfixus in orbe est.

Ergo quot immensus conuexo fornice Olympus  
 Astra rotat, succensa meæ cum lampadis igni,

Inclu-

Viricus  
 Huttenius  
 ad Iulium  
 Pflug.

Includes numeris prius : aut quot fluctibus æquor  
 Puppibus aut sulcentur aquæ ; aut æstate quot acris  
 Pulverulenta Ceres terram cumularit aristu  
 Metra scient : numeriꝫ aut his si certius est quid :  
 Quam BRESLÆ A tua sustollant stemmata laudes :  
 Aut decus admittant, vel egentis venulæ honores ;  
 Tanta Senatorum maiestas, tantus & ordo  
 Et famula plebis cura est : sed nulla superbi  
 Cura supercilij : hinc mansuetius Urbe tribunal  
 Panditur Elysiâ, venerando & iustius a quo  
 Quam quod Aristides, quam quod tua Tite reclusit  
 Vespasiane foro magnæ, clementia, Romæ.

Ingredior contra diris Rhamnusia cæptis  
 Ergò extorris erit totaq; erit exul ab Urbe,  
 Non etenim presso rotat ensem ciue Tyrannus  
 Immanem : aut vano delira caterua cerebro  
 Destinat obsequijs ; iussisq; minacibus auro  
 Maturos patres ; sed queis pietate, fideq;,  
 Consilijs, canisq; alti prudentibus annis  
 Accrevere animi, Phæbæâ heroibus arte  
 Pacate ciues placidis virtutibus Urbis,  
 Et tota imperij miti ditione regendi,  
 Traduntur : stabilis quæ fida est anchora pacis.  
 Hos cum cælesti residens in sede locarit

τὴν ἀντιῶν.

δημοκρα-  
τία.

ἀριστοκρα-  
τία.

Officia Ma-  
gistratus.

Arce Magistratus : maiestas Trina sacratis  
 Ut præsint studijs acri pietatis amore,  
 Sustinentq̄ Scholas; mores tueantur honestos :  
 Imbelles foueant, & Vltori sontibus ense  
 Accelerando necem, squallentia stamina rumpant :  
 Sedulo in officio perstant : & iussa faceſſunt  
 Indubitata Dei; patres, grauis ipse Senatus.  
 Nam velut astra suâ sustollit Olympifer Atlas  
 Mole: salutiferum sic dogma & verba tuetur  
 Inuiolanda Iouæ: nec cætera pandere nitor  
 In medijs captis opera interrupta relinquens :  
 Quæ tuus Odrysij's Latœ accentibus Orpheus  
 Nō Athon, aut Ossam, aut Rhodopen resonare doceret.

Nam si cana Fides ullâ nunc haret in vrbe:

Insignia V-  
ratislaviensium.

Quam quoq̄ credibile est, scelerum grassante furore  
 Ætherias subiſſe domos: hîc publica BRESLÆ  
 Tecta colit sincera Fides: & honestius vrbis  
 Facta patrum fidei quod auorum insigne loquetur.

Namq̄ rubens albo diuisum fascia lino  
 Inuoluit galeam, patula quæ Casside spirat :  
 Subiectum duplex clypeum disternat aurum  
 Puniceusq̄ color: niuei hic violenta Leonis  
 Ambit terga: illud fuluis Iouis aliger alis  
 Implet: & expandit surgentia Phœbados ora.  
 In medio capiti sacra à ceruice reuulso

Leo candido  
Aquila nigra.

Caput Baptiz.

Zachari-



*Zacharidis nitidi interuenit portio stanni :*  
*Diſtam Vratiſlae tuo de nomine BRESLAM*  
*Littera prima notat ; rutila Viadrina corona*  
*Nympha ſuis ſpecioſa comis, nympha addita cono,*  
*Quem fulgens ſardis & iaſpide circulus ambit,*  
*Imminet : & duplici hæc inſignia luce ſerenat :*  
*Huius utrumq; latus ſtipant vexilla colore*  
*Purpureo, & niueo, fuluoq; haſtile ſuperbum.*  
*Nec vano auſpicio Dyſtalia ſigna dedere.*  
*Sanguinis ASTRÆÆ color eſt : rotat illa cruentos*  
*Sontibus occiſis enſes : CLEMENTIA lati-*  
*Splendida ſupplicibus Candoris, lintea, pandit,*  
*Euolat ad ſuperas velut ales olympiæ arces ;*  
*Sic SOPHIÆ excellit ſtudijs, quæ cornua Phœbes*  
*Aurea ſurgentiſq; vincunt ; ut adacta cruento*  
*Ore Leana fremens catulos ne ſpicula ledant*  
*Frangit : ſic acri ciues virtute tuctur.*  
*Nec ſortem Abiadâ nati genitore recuſat*  
*Dum PIETas vigeat ; GRATiã duplicata BV Dorgis*  
*Littora MNEMoſynen ; Viadrina gratia Nympha*  
*Denotat inſignem POPulo LARIBuſq; BV DORgin,*  
*Bina duo criſſant vexilla haſtilia, ad aſtra,*  
*Preſtantiem hæc ſignant urbem Mauorte, togâq;.*  
*Hinc ſi concilium cogens Aſtra a Senatum*  
*Imperio cieat : tunc longo hoc ordine patres*

Fundatoris  
nomen.Effigies vir  
ginis.

Vexilla.

Allegorica  
applicatio.  
Iuſtitia.  
Clementia.

Sapientia.

Fortitudo.

Conſtantia.

Gratitudo.

Potentia.

*Nec nimium faciles, nec arantes tempora rugis  
 Procedunt: stipantq̄ Deas: Nam scandere limen  
 His sine non licitum est celsumq̄ subire Tribunal.*

*Prima niues gelidas byssi velamine vincens*

Institia par-  
 ticularis.

*Ingreditur, SOROR ASTRAE, placidissima vultu*

*Qua certa exquirat iustumq̄, nefasq̄ bilance.*

*Omnibus arridens, quos non sceleratus iniqui*

Institia di-  
 stributiva  
 pœnarum.

*Torquet amor nummi, nec habendi dira libido.*

*Tristior huic comes est, strictoq̄ seuerior ense*

*Cuius puniceum vultus velamen obumbrat,*

*Laxior & fonti destillat fimbria tabo, - (gato*

Fortitudo  
 togata.

*Castore nata THEMIS: quam Marte ANΔΡΕΙΑ to-*

*Virgo sata insequitur; pectusq̄ immobile amictu*

*Squam mifero munit: sociata huic splendida crissat*

Bellica.

*Gesa manu VIRTUS validosq̄ animosa lacertos*

*Quassat: & umbonem fatali percutit hasta:*

*Ponè infert placidos niueæ tranquilla bidentis*

Patientia.

*Vellera cui pendent humeris PATIENTIA gressus,*

Misericor-  
 dia.

*Nuda etiam ac hominis, pectus Dea mæsta reuelans*

*Iungitur, & lacrumis Astræ mitigat iras:*

*Neue soluta ferâ discedat contio Erynni*

Concordia.

*Nexu adamantæo cingit CONCORDIA diuas*

*Demissas cælo: & nodo sese ingerit areo,*

*Exul Amicitia est, quam curia docta seueris*

*Iudicijs arcet, nec atrox Metanæa futuris*

Circum-

*Circumstat Furjys : sed CANDOR pectoris ipsa  
 Fronte characteres gerit, ornatuq̄ pruinas  
 Fulgenti superat : quem oculus flagrantibus* HΘOZ

Candor.

Humanitas.

*ad os agens lumen radijs vultuq̄ serenat.  
 Ergo ubi maturum celebri sapientia & usu  
 Ad Themidos Diua duxere theatra senatum,  
 Discumbunt auro ; stratoq̄ locantur in ostro,  
 Ut librent certâ titubantia pondera lance.*

*Horrida miramur pugnacis tela Quirini  
 Romanumq̄ supercilium ; gelidâq̄ secures  
 Cede cruentatas ; manantiaq̄ arria tabo,  
 Et formidatos per celsa palatia fasces.*

*Hinc Cocles validis Porsennam territat armis :  
 Tybridos & remouet totas à ponte phalanges :  
 Curtius hîc insultat equis : illicq̄ perustam  
 Scauola dat dextram flammis vlttricibus : & quas  
 Sulcat equis undas cordata Clœlia Hetrusca  
 Miratur pubes : glomeratum & equestribus agmen  
 Hinc gens Fabiadum turmis ad prælia tendit :*

*Cur non quæ maiora mouent miracula PATRES  
 BRESLÆOS paribus semper molirier ausis  
 Ardua virtutis sacrata ad culmina magnum  
 Demiremur iter ? sacramq̄ ciere cohortem :  
 Quasine reclusa est vitij lata area cunctis ?  
 Nam Themidos mystis equo secernit iniquum*

Senatus  
 consultis,  
 Exercet  
 inculcata  
 iudicia.

BRES-

BRESLA; atq; illicitum licito; sacra iura nefandis;  
 A virtute scelus; paribusq; bilancibus urget  
 Incertos casus: ceu Gnosia fila secuta  
 Diuinas leges: sic ut prius Odera ad ipsos  
 Unda sit Elysia fontes reditura, liquentes,  
 Devia quam sancti consueto à tramite iuris  
 Dextera aberrarit; validâ metuenda bipenni.  
 Nam Labyrinthos Themidos Iurisq; peritis  
 ( Quales Elysiis, quales Astræa BVDORGIS  
 Implantauit agris, Claria rorauit & unda,  
 Quam toto varijs hausere liquoribus orbe )  
 Nodos arte secat: strictoq; à litibus arcet  
 Ense moras: veripendantur ut atria iuris,  
 Atria deseruit quæ quondam Castoris axes  
 Æthereos soboles subiens, nunc reddita BRESLÆ.  
 Namq; feres famæ celebris memorabile nomen  
 Exempusq; rogis nullo tumulaberis auro,  
 Ius Vrsine sacrum duris retinendo lupatis,  
 Dum dextrè es legum certas moderatus habenas.  
 Nec reliquos pandam mystas Themidisq; cohortem;  
 Obstat liuoriners: & habens post funera nomen  
 Diua Arete: doctam versans moderamine turmam:  
 Hæc quoties librat rutilantia in æthera ferri  
 Pondera: & equali si examine distrahit acta:  
 Diffugiunt nebule, nitidoq; reductus Olympo

Iurisconsulti  
 celeberrimi.

Titan

Titan orbe redit : iubar & caelestia pandit  
 Tempia Deum ; iurisq<sup>b</sup> patent delubra : domusq<sup>b</sup>  
 Splendicat aetherea : & sacrum penetrare coruscant,  
 Nam velut Aemathij dissectus acinace nodus  
 Imperio iuuenem praefecit in Asidos oris :  
 Sic diua ensifera , sic doctâ protinus arte  
 Hac turba interpretis tenebris anigmata legum  
 Obscure suis sermone reuelat aperto.  
 Nulla mora hamatis imperuia sentibus arua  
 Quantum fas & iura sinunt scinduntur adacto  
 Quae secat ense Themis , nullus mutanda procellis.  
 Vix trepidis Minos Acheronte est aequior Umbriis :  
 Manibus Elysios aut implet Aëce campos :  
 Quanta Tribunalis sapientia , quanta senatus  
 Integritas , animiq<sup>b</sup> vigor quàm nullus amoris  
 Auri arisq<sup>b</sup> valor , quàm nil violabile donis  
 Rostra adeat , nam vindictam , flammaq<sup>b</sup> fauoris ,  
 Inuidia labem , patrias cum sanguine ceras ,  
 Hinc procul auratis pulsas à postibus arcet  
 Cum Candore Fides , animus sincerus , & ardor  
 Officij : integritas ingens , generosaq<sup>b</sup> virtus.  
 Viq<sup>b</sup> unum è multo : viduus despectus est nil  
 Orbe ferè toto ; nullus non orphanus ausis  
 Prostat inops ; miserum dum mens fucata clientem  
 Ludit & innumeris inhiat vafrâ arte talentis :

Curatores  
 Orphanorum.

Vix tamen Elysia viduis est tutior urbe  
 Ulla: salubris fera tutusq; adolescit in umbra  
 Orphanus; & nullis superos in vota fatigat  
 Suppressus precibus. Præstantes namq; senatus  
 Integritate viros, animus, industria, amore  
 Natorum, invidit charos queis Parca parentes  
 Destinât officijs; summos tutoribus addens  
 Tutores imis: ne rostro infestet adunco  
 Commissos Harpya lares; partasq; parentum  
 Diuitias sudore, suis vasfrè visibus aptet.  
 Ut Grata orbatu re lugeat Ipse Capistris  
 Orphanus iniectis: inopiâ prematur ad imos  
 Paupertate locos; nec ab his emergere possit.  
 Ne vereare nefas tantum quicumq; **BVDORGIN**  
 Incolis; & vacuus curis pallentia adito  
 Claustra, licet chari rellinquant plurima lecti  
 Pignora: legitimus casusq; senatus in omnes  
 Tutor erit summus: per ceras, sanguinem, & ortus:  
 Ne quis opes densa patrias caligine condat  
 Abiurans claro ferale sanguine prædas.  
 Nam frustra aratas quatiens Astræa secures  
 Visitur: & spreta languescit inerme bilancis  
 Robur: ubi Nemesis pernicious inuida plantis  
 Æqua sequestrato rerum moderamina transis  
 Limine: mucrones ut collo hebetentur adacti  
Vellere

Uellere Phryxæo: dominansq̄ minacibus aurum  
 Fascibus illudat: ne quantum fasq̄ nefasq̄  
 Illicitum, licitum, pietas, scelus, æqua nefanda,  
 Pax, Eris, auxilium damnum, res tuta Tyrannis,  
 Commoditas pestis, distent discrimine noscat.  
 Utq̄ reluctanti depressus pondere egenus  
 Vix hiet innumeris ceris & sanguinis ortu  
 Splendidore frui; strictumq̄ retundere ferrum  
 Insidijs hominum suetas pallefcere massas  
 Integer at nitido flauentes ære senatus  
 Despiciat Elysia torques virtute **BYDORGIS**  
 Ingenua: cerisq̄ nihil precibusq̄ mouetur  
 Ania ut Astrææ quàm poscant iura sequatur.  
 Ergò cruentato si quis mucrone petitem  
 Hauserit ense latus, plenoq̄ furoribus æstu  
 (Infandum) violarit opus, quod dextra Iehouæ  
 Et verbum unigenæ celauit origine prima  
 Ac vegeta perdant cælestibus æmula mentis  
 Munera & algentes umbras aditura reuulso  
 Obice mens tepidos artus inuita relinquat:  
 Continuo misero violenta cruore piandis  
 Manibus expetitur, ferroq̄ arctata tremiscit  
 Dexteræ: ne luitura nefas urbs tota peractum  
 Serius haud ultas ululando defleat umbras:  
 Perditus ut duplici Martis, Venerisq̄, furore

Senatus V-  
 ratislauten-  
 sis est cu-  
 stos DE-  
 CALOGI.

Pausanias in  
Beoticis.

*Scedafus exemplo est : quem non dolière piatum*

*Thebani Lacedæmonij Virtute Gradiui*

*Beoticis domiti facturi nomina Leuctrus.*

*Ergo Iouæ Ultricem formidans vindicis iram*

*Fatiferos acuit placandis manibus enses.*

*BRESLA parens ultrò: qua nec clementior est Urbs*

*Si mores spectes : sed vix est iustior Vlla*

*Mobiliorq; minus : cum durum Astra a rigorem*

*Expedit ferri, ut meritâ nece sanciat æquum.*

*Vidimus ante aliquot ferro licteris aristas.*

*In medio tremuisse foro : quem sanguis & aurum*

*Eripuisset aquis Stygijs : Si sanguis & aurum*

*BRESLÆ Æ Themidos radians hebetaret acumen.*

*Quisquis es Augusto violenti roboris ortu*

*Hic nimium ne fide manu : nec turgeat ære*

*Plena crumena nimis : pallesces morte futura*

*Testor adasper sum polluto sanguine ferrum :*

*Si qua tuis insons iugulabitur hostia dextris.*

*Quin singultantes effuso sanguine truncos*

*Linquere si scelus est : animasq; absumere letho*

*Credimus esse nefas : partu sub luminis auras*

*Fundere conceptum illicito magis ense piandum*

*(Nam mens pura Deus) castæ sacrata BV DORGIS*

*Sophrosyne iubet, aqua sinunt, legesq; minantur,*

*Quas phlegraea acuit flamma Sodomita libido.*

*Hic*

VI. Præce-  
pti.



*Hic non Oeolidis Macareus laxata pudoris  
 Iura resoluisse: nec Mulciber vsta caminis  
 Antra catenati cinxisset nexibus aris.  
 Ipse Thyestiades funesta enectus adisset.  
 Tartara, & Atridis placasset sanguine manes.  
 Nec bimari ditata loco, aut Ephyraia Laïs  
 Pyramide aut Rhodope, niueo vel corpore Phryne  
 Mollisset fasces, nec auari Flora Quirini  
 Obscæno retulisset ouans Floraria lucro.  
 Sic thalamum incestare vetat: vel perdere tadas  
 Ipse Ioua, & Iouæ vindex ultorq; Senatus.  
 Ac nos ad socium cum Ioua creauerit usum:  
 Vivere furto homines, aut abiurare rapinas,  
 Inducta vetuit formidine legibus arctis  
 Ast ardu nimium: cum fracto gutture pressent  
 Exanguem scabramq; gulam, interceptaq; nullo  
 Palpitet aura sono Venarum in carcere clausa.  
 Talis pœna manet qui post caretta latendo  
 Sepierit furuo fidens se tegmine noctis:  
 Sed quando querula medio iam sole cicada  
 Arida anhelanti rumpent arbusta susurro,  
 Fatiferas acuet si crudus prado bipennes,  
 Implebitq; vias armis; quis Marte Procrusten  
 Et Scinin immanes forti Trazenius heros  
 Sternet? & arboribus vindex discerpit iisdem?*

Floralia  
 Romæ me-  
 retrici diuisa  
 celebrata.

VII. Præ-  
 cepti.

*BRESLA* parens: qua propullis sic excubat agris  
 Ut Lybis hamato catulis parat ungue leana  
 Speleum: quod non circum Massyla molossi  
 Frendentes ausint diro tentare latratu.

Equitibus  
 Emiffarijs  
 Vratislavi a  
 rotam Sile-  
 siam à latro-  
 cinijs pur-  
 gat.

Quadrupede ergò animosus eques violentior Euro  
 Euolat, Elysijsq; feris sua retia ponens  
 Terret apros, volutabrapetens, iaculisq; fatigat  
 Hisce virus visis suetos pallere latrones,  
 Et scelerum gnaros: ceu quondam viuidus Vmber  
 Raptorem celeri per saxa, per alta secutus  
 Lustralupum, rediens multum fremit ore cruento.  
 Et tepido rictum spumantem sanguine rorat:  
 Sic his nulla quies turpis quam conscia culpa  
 Funere monstra doment: tota & regione viator  
 Tendat iter medijs etiam tutissimus umbris,  
 Ergò peregrinis, & ciuibus, incola, & oris  
 Externis genito, Erigones ut regna patefcant  
 Tuta latrocinio medijsq; Toantias undis  
 Nauiget, integritas facit, & vis prouida *BRESLA*.

Defendit  
 ipsam vr-  
 bem nouis  
 et stupen-  
 dis propu-  
 gnaculis.

Si tamen innumera furioso Marte Phalanges  
 Coniurent: segetesq; horrescant ensibus atra  
 Districtis: medio densentur & agmina campo  
 Agmina honorandas violentia robore leges  
 Quis charos tunc *BRESLA* tuos defendet alumnos?  
 Nam leges rabie vesanus miles honestas

Ridet:

Ridet: inermes fero vulgus mucrone paternis  
 Sedibus eiciens; misero Lastrygonas vdos  
 Sanguine Amyclaus, nec fixa lege Lycurgus  
 Vinciet: eductus ni celsis molibus agger  
 Arceat infensas acies: hostiliaq; ausa  
 Cesspes adaggestus, vel lento vimine tellus  
 Intertexta, globos & vasta tonitrua ructans  
 Spernat: & instantes iactu citò dissipet hostes.  
 Ergò quis Elysiæ scabro suffulta BV DORGIS  
 Pumice fundamenta neget: solidoq; metallo  
 Findere aquas. Viadrina secatur, secatur alta fluenta  
 Moles, & rapidi spumantes gurgitis undas.  
 Arctat arenosam pulsans immane saburram  
 Hoc opus: atq; in aquis noua propugnacula latis  
 Structa repercusso propulsant flumine Nymphas.

Frisia velifera mox Thetyos abdita fluctus  
 Sensit: & oppressis violentâ turribus undâ  
 Helice, Bura fero cessere, Achaidos vrbes,  
 Oceani lymphis: liquida cessere sed unda  
 Elysiæ BRESLÆ, Tritone sonante parentis  
 Unda Tritentigeri perfecit iussa fatiscens.

Tolle tuas cymbas, & onustas mercibus alnos  
 Innumerasq; rates, pelago vicinior ora:  
 Sicut tamen, instabilem vesano ut Nerea Ponto  
 Sapius experire: citis & fluctibus arces

Frisia cessit  
 aquis, aquæ  
 Vratislaviæ.

Ann. mun-  
 di 3599.  
 absorptæ.

Submer-

Submersas doleas; & raptas gurgite puppes:  
 Hic qua cuncta domat, dominantia BRESIA fluenta;  
 Impositis vicit depressans molibus undas.  
 Namq̄ ut Trinacrias Lylibæum findit arenas:  
 Dum Siculo incurstant phoca Delphinq̄ Pachinno:  
 Et Scyllæa domat piscosus monstra Pelorus:  
 Sic moles fluvium BRESLÆA recurrit in altum  
 Sæpè: & inassuetas allidit robore Nymphas:  
 Monstra domans validis instantia ciuibus armis.  
 Hæc quantus erecta putas Phæbe artibus, & queis  
 Viribus in fusum credas haustum esse liquorem?  
 Credo equidè; atq̄ recordor, ait, cum Pergama dextris  
 Periura his, patrui condenda viribus arces,  
 Quanta molis erat; quanto meritaq̄ labore  
 Laomedontis opes; & quanto perfidus ille  
 Sudores scelere infandisq̄ rependerit ausis?  
 Perge tamen: nec adhuc (refero) licet alta superbas  
 Ambiat unda domos, vallum aut tueatur & agger  
 Ut secat obiectas Achelous Echinadas undis,  
 Finis adest cæptis: pars una immania saxa  
 Rupibus exciãit; patet area de super alti  
 Exceptura soli glebas: quas lenta coarctant  
 Vimina & incumbunt; grauidus duro ære cauernis.  
 Sic & Hyperboreos Gryphas per Bactria fuluum  
 Condere rura aurum perhibent, implumibus ingens  
 Præsi-

Solida valli  
 Vratislavi-  
 ensis stru-  
 ctura.

*Præsidium pullis: Sic structus silice murus  
Ni foret aurato violentior, aureus esset:  
Dum modo natorum defendat chara suorum  
Pignora victrici præstans virtute Senatus.*

*Sed tamen haud satus est, nubes pulsare superbis  
Molibus, obiectis aut tantum fidere glebis  
Quæ tumida Ennosigæus aquæ succingat abÿsso.*

*Ni lasso vigili, canibusq; sagacior anser  
Voce Quirinales aquilas, Capitolia tecta  
Seruasset; frustra rupes Tarpeia Quirinâ  
Arce refulsisset: fulgentes ergo cateruas  
Quæ setosa toris solidâ compage ligentur  
Membra, locant pinnis, latiq; crepidine Valli.*

*Neve arata grauet ciues lorica cruento  
Si Bellona fremat lituo, lustrantur & ignem  
Sulphureos iaciundo globos siphonibus Urgent  
Aeratis cuncti, ferientes eminus alti  
Corda viri: vario mentitaq; membra colore.*

*Quin etiam infensos ne miles inermis in hostes  
Irruat aratis opponens nuda sarissis*

*Pectora: dirigeatq; inspectus segnior hastis:  
Hic conos rutilare truces, & ferrea magnas  
Arma domos pulsare vides: romphæa nitores  
Spargit, & ingeminat cristata cassidis amplum  
Fulzor onus: telus radiantq; theatra coruscis.*

N

Nam

Excubiæ a-  
pud Vra-  
tislauienses.

Exercitatio-  
nes bellicæ.

Armamen-  
taria instru-  
ctissima.

Tormento-  
rum ingens  
apparatus.

Nam nec anhelantes tantis Ericusa caminos  
 Ictibus imposito vastis incudibus ere  
 Audijt immugisse olim : cum Iuppiter iram  
 Se caperet dignam & flamma Egæona trisulca  
 Centimanum iactu, coniuratamq; cohortem  
 Terrigenum validis detrudere ad ima pararet  
 Tartara fulminibus; queis nudus membra Pyracmon  
 Cum socijs, pulsusq; Deus mensaq; toroq;  
 Addiderat flammæ, gelidoq; timore pauorem,  
 Quando fragore boant munitæ sulphura BRESLÆ  
 Immensis liquidas massis eiecta per auras,  
 His non equanda est vastis balista lacertis  
 Torta : nec innumeros valido Balearica nisu  
 Eijciet catapultæ globos : nec abusa cateijs  
 Viribus eratis onerabit brachia pubes :  
 Quæ tamen armamenta suis BRESLÆA sequestrat  
 Virgo ævâq; locis : novies hic indita tauri  
 Tergore pelta riget; maioresq; undiq; peltis  
 Dependunt clypei; clypeisq; immitior ensis :  
 Fraxineaq; hastæ : vulnus factura bipennis :  
 Loricaq; agiles, rigidoq; immobile ferro  
 Robur, quo cataphractus equum, quo pectora cingat  
 Et Chalybe includat suras, & casside frontem.  
 Quid memorem vigili quæ prisca labore vetustas  
 Ferramenta (udo vel adhuc rorantia tabo)

Fecerit

*Fecerit; hæc sonipos centum vix absibus imis  
Ædibus educat scabra rubigine tincta.*

*Uq̄q̄ boni est cuius pacem coluisse quietam*

*Quando fata sinunt; sed proprietate focisq̄  
Spicula, tela, faces, vltici prendere dextra:*

*Qualibet hic domus est quam tu componere possis*

*Conferto frameis armamentario, & armis.*

*Nec satis est densam cuius glomerare phalangem*

*Armigeri; sed equestre parat volitantibus acri.*

*Robore nobilitas pia quadrupedantibus agmen,*

*Ille Gianetos, celerem petit ille veredum:*

*Fulgidaq̄ innumeris exercet ephippia gyris.*

*Hic succussorem nervoso pectore & armis*

*Contectum densis ferratâ calce fatigat.*

*Monstruosum Numidis armenta proboscida pando*

*Ore Lybissa ferant: regionib. Astur Iberus*

*Venit equus BRESlæ: glomeratq̄ volumina gressu*

*Alternæ: aut hirtis non robore marcidus acri*

*Saxo iubis mandit: spumantia frena, lupatum.*

*Aut agilis celeri Viadrina fluenta natatu*

*Tranat equus Scythia nunquam satiatus auena,*

*Ergo parat phaleras, calcaria, frena, iuventus*

*Argentis pressura niues, cita quando globatos*

*Fert trahaprecipiti per compita & atria floccos*

*Cornipede: aut rigidum virtute aditura Quirinum*

Priscorum  
machina-  
mentorū  
copia.

Singulis ci-  
tibus & tri-  
bubus tua  
arma.

Equestris  
rei cura  
apud Vra-  
tislauientes.

Hispanici.

Germanici.

Sarmatici.

Agile traha-  
rum exerci-  
tium.

*Magnanimâ, duros stimulant calcâribus armos.  
Sed gnarus quid eques possit, quid equestre senatus*

Hippodro-  
mus, Vra-  
tislauicnsis.

*Robur agat pigro torpere sopore iuuentam  
Non patitur: sed honore sagax parmaq; trophæi.  
Flagrantes stimulat positi, dum victor anhelos  
Præmia eques cursu claro data munere portat.  
Haud scio iucundæ quanam dulcedine laudis  
Incaleant mentes: equidem BRESLÆA calescit  
Laudibus, & dubio pubes feruescit honore.  
Sic turmâ iuuenum & ciuili tuta phalange  
Elysiostabili diro inuiolabilis hosti  
BRESLÆA parens aras & subdita tectâ tuetur.*

Reipublicæ  
totius inex-  
hausta gra-  
naria.

*Sed vesana fames ipsis violentior armis  
Æthereas moles nisu transcendit iniquo:  
Cumq; alia bellum fugiant comes ista vel ultrò  
Est belli: & diro semper sociata Gradino.  
Una tamen seue est prudentia maxima pestis:  
Qua genite Isacida vicinia rura Canopo  
Te perhibent quondam seruasse Pharonq; superbam.  
Utq; hyemis formica memor Cerealia pleno  
Farrâ penu condens detonsis messibus ima  
Horrea adimpleuit: summo de germine carpens  
Demorsos apices: onus & cui sæpius impar  
Grande trahit, vasto ad notas luctamine cellas:  
Sic patria Patres formosa cuncta BVDORGIS*

*Frugi-*



Frugibus intexunt granaria; farre vetusto,  
 Triticeis donis, longisq; siligine, seclis,  
 Aduecto, turgent hypotheca. immensaq; passim  
 Horrea vix senis vacuanda aetatibus aedes.

Tam prudens imitatur opus, dum ditia multo  
 Quaeuis farre tribus replet atria; dumq; corusca  
 Qualibet ara domus Cereris postponit aristas.

Ergo licet gravidam segetem radicibus imis  
 Cum rapido Boreâ simul algidus eruat Auster:  
 Aut gelidus liquidus hominumq; boumq; labores  
 Distrahat imber aquis, vel iniquo Sirius aestu  
 Exurat teneri lactentes graminis herbas:  
 Non annona tamen BRESLAAM carior urbem  
 Pressat, Eleusynijs sacra dum granaria gazis  
 Panduntur: plebisq; leuant reclusa querelas.  
 Utq; vigil teneras pastor per amena bidentes  
 Prata trahit, gratis spirant ubi gramina thymbis,  
 Et satureia penu succos ubi diuite passim  
 Halat odoriferos: nec inobservata, vel agra  
 Illi ouis est: quantumq; alijs noua pabula quarit  
 Tantum isti maturat opem medicamine amurca.  
 Sic pepulisse famem, & patuli ienunia ventris  
 Non satius est urbem flauenti farre BVDORGIN  
 Triticea aut Cerere, & faecundi frugibus agri:  
 Restat, & ad summum pietas tolletur olympum

Tribuum.

Senatus  
 non tantum  
 victui, sed  
 etiam vale-  
 tudini sub-  
 ditorum  
 consult.

*Dum Viader Nymphis, dum pisce natabitur & quor  
Pinifero surgent dum fulcra abiegna Zabocho:*

Physici Rei-  
pub. Vra-  
nistiaueusis  
ordinarij.

*Ipsè Machonia qua claros arte senatus  
Et quibus optatas diuina Hygiæa medelas  
Ambrosiæ succos, & odoriferam Panaceam  
Tradidit, ære viros, & sumptibus aduocat amplis.  
Hi quando exercent artes, pariterq; sacrata.  
Artis Apollinæ pandunt mysteria: & herbis  
Tela Acherontæo viru conspersa repellunt:  
Tunc Erebi excubiæ, tunc formidata tremiscunt  
Tela necis, passim tenebrosi portitor Orci  
Deserit inuisam puppim, atq; Trifaucifer undis  
Cerberus in Stygijs mussat: semesaper antrum  
Ossa stupens primam rursus traxisse figuram.  
Utq; alios sileam rerum vsu atq; artibus olim  
Pæonijs claro pulsantes nomine olympum:  
Urat primus erit; qui maius lumen ab urbe  
Num capiat patria, an maiora rependerit urbi  
In dubio est: & semper erit: quis carmine pandet  
Voisselios geminos: quorum alter raptus in astra  
Arte senem Coum perhibetur vincere: at alter  
Curat adhuc Phæbo mortalia corpora amico:  
Nec te progeniem Hermetis Hermanne Parenti  
Iuncte meo quondam, dum fata Deusq; sinebant;  
Includam tenui versu: Buttnerus & ipse*

Clarissimæ  
Medici.

Dene-



Denegat Aonidis laudes : nec arundine parua  
 Scholtziaden capiam ; patet ingens arca mundi  
 Illius auspicio ; modico dum condita libro  
 Promit opes Claras Medicina ab origine fontes.  
 Aut utriusq̄ iubar Rumbaumi luxq̄ Medela  
 Quis tua perpetuo , clari quàm nominis heres ,  
 Nomine facta ferens obscuris eruet umbris ?  
 Talibus infrenes Hygieæ BRESLA Magistris  
 Pellere sæpè lues ( tepido ne arentia vento  
 Guttura hiant : nimio ducatur anhelitus igni  
 Phlegmâ quem ructet aqua languentior Auster, )  
 Dicitur, & dia velut equum est creditur arti.

Neue Epidauræi BRESLæus dextera alumni  
 Pharmacopola manus medicamine desit anhelus  
 Optato agrotis : hic balsama , thura Sabæa,  
 Acorus , oenanthe , cariophyla , zingiber , Indo  
 Cum pipere exesis fragrantia cinnamali lignis  
 Saccharon è cannis coctumq̄ palustribus & nux  
 Optima quàm macis sinuosis floribus ambit  
 Visitur : aut docto quæ condimenta palato ,  
 Aut lassus præbent varijs medicamina succis :  
 Quæ reuocat tetro manes Phlegethontis ab amne  
 Pæonias edocta cohors dia arte medelas.  
 Huic quoq̄ virosi inuisa halatibus aura est  
 Ne serpat, cæli corrupto tabida tractu  
 Ulla lues : neue Autumno contagia serpent

Instructissi-  
 maz Phar-  
 macopola-  
 rum officii-  
 na.

Mundicies  
 totius urbis.

Morbi

Morbida pestifero mudata praecauet Urbe.  
 Namq̄ & mundicies laudata autoribus illis  
 Urbe viget tota: nec odor per compita caeno  
 Inuictus exhalat aquas; nec turbida limo  
 Stat sentina foro: nec de praesepibus ipsis  
 Raptas strues, mole indignantia sidera pulsat:  
 Sed fora, sed vicos, sed publica compita digna  
 Dixeris excelsis, doctâ quas, adibus, arte  
 Condit opes ciuis meliori parte locando.

Splendor  
 priuataram  
 ædium.

Namq̄ hinc alga procul procul hinc de carice te-  
 Aut algens inopis distat magale coloni: (Et,  
 Crispantur vario pavimenta emblemate: limen  
 Ære nitet totum: bifores è marmore postes  
 Calantur, celsis Corybantiaq̄ era columnis  
 Auratum tollunt ingenti mole lacunar.  
 Sub sunt fornicibus conuexa palatia vastis:  
 Quas gyris passim variat testudo recuruis.  
 Urbe fenestra nitet tereti Crystallina: & arte  
 Reddit Apellæa varios laqueare colores:  
 Auro sunt antes, sunt, cinctæ hypocausta metallo:  
 In valuis renidescit ebur: vilescit & album  
 Aptatum gradibus saxum: vel pulchrius ipso  
 Marmor Acidalia quondam spectabile Dina,  
 Atq̄ ut natura semper certamen & artis  
 Elysia vigeat BRESLA degisse sub undis

Aedes pil-  
 cina rectæ.

Specta-

*Speſtabis pariter ciues, pariterq̄ ſtupesces.*

*Hac etiam athereis præſtans virtutibus ipſe*

*Hospes tecta colit nitido præcioſior auro*

*Nobilitans culta ſedes virtute decoras.*

*Nunc Clariam mihi Phæbe Chelynda, pleetra ſo-* DOMESTE

*Aut ſi fata vetant mortali pollice diam* (noſq̄: CVM RE-

*Edocuiſſe lyram carmen: mihi pande quis orbe*

*Eſt locus immenſo, maior reuerentia & ardor*

*Subdita ubi plebis ſuccendit corda Senatus?*

*Reddit ad hæc Phæbus rumpitq̄ ſilentia dictis.*

*Innumeris quamuis floreſcant Urbibus ora:*

*Atq̄ illis terra vigeant, ac adibus Urbes,*

*Ciuius ipſa ades: vix Urbs tamen vlla ſub axe eſt:*

*Cui patrum ſit tantus amor: concordia tanta*

*Aut pia præſcorum reuerentia maior auorum.*

*Credo equidem, tendo contra, vocemq̄ reſoluo;*

*Namq̄ animis prærompti ciues parentibus vltro*

*Haud ſecus ac iuſſi faciunt: & ſancta cæpeſſunt*

*Iura patrum: monitis certatim ſpontè ſequentes:*

*Quoſq̄ verentur amant faſces, pariterq̄ timendis*

*Eſt iunctus ſceptris, & ademptus faſcibus horror.*

*Hinc quando imperijs ciuiles egerit vrgens*

*Turba Patrum turmas: dira aut Bellona flagellum*

*Sanguineum quaſſet, dare tela, vocare phalanges*

*Ferre faces, glomerare viros, radiare coruſcas*

O

Ære

Officia ſub-

ditorum,

Obœdientia

Promittudo

Reuerentia

*Ære manus videas : sin diua tempora pacis  
 Concedant ciui tranquillam ducere vitam:  
 Laurigera exercent cuncti mox ocia cuncti.  
 Nec quis Gorgoneo ni sit truculentior angue  
 Iussa reformidet mox festinare : Senatus,  
 Tanta patrociniò requies tanta ocia vernant,  
 Ocia pacato semper gratissima ciui;  
 Vt placidam sobolem viridantis & instar oliuæ  
 Pace regat lata : teneramq; serenet honestis  
 Moribus auroram natis : quos osibus ignis  
 Immissos medijs & amoris duxit in auras  
 Feruor, in Elysia qui flagrantissimus vrbe est.  
 Nam velut Anchises Venerem, Cythereis Adonia:  
 Phyllis Demophoonta, Ariadne Thesea, Theseus  
 Nereis, Hyppoliten, Galathea, Simethion Acin,  
 Orpheus Eurydicen, Æetis Iasona, miris  
 Ignibus vfferunt & amoris ahenea nexu  
 Fœdera iunxerunt valido : sic durat, & acri  
 Coniugialis amor virtute Cupidinis arcus  
 Illicitos spernit : thalamosq; tuetur honestos,  
 Inclyta solenni quos sanxit honore BV DORGIS.  
 Ergo & progeniem castis, Latonie, tædis  
 Noueris esse satam : tantus vigor incidit altis  
 Ingenijs licitosq; notant virtutibus ortus :  
 Diuina æthereæ dum præbent pabula flamma :*

Oeconomi-  
 mix Vratil-  
 lauientes.

Honestali-  
 berorum  
 educatio.

Semi-

Seminaq̄ immittunt habili cœlestia menti :  
 Quam varijs vsu, & studijs, regionibus occant.  
 Hosq̄ Sophum ut curus terra iuuat esse remotis :  
 Sic natas iuuat esse domi : Velut aquore concha  
 Orta Venus uehitur : maternas gnauius artes  
 Dum doctæ exercent : & fundunt pectine telas :  
 Cœrulaq̄ auratis discernunt stamina filis :  
 Aut data pensa trahunt : vel ademtam margarin  
 Sindonis infertunt telis : teretiq̄ monili ( vndis  
 Quod vel Ledaæ Hermiones æquanda puella  
 Vultibus, è collo suspendat sedula ; vel que  
 Cælo Ariadnaam formosior ipsa coronam  
 Detrahat : Elystios tantum Breslea venustas  
 Naiadas vincit ; quanto tu lumine præstas  
 Sideribus, Lucina feris, mare fontibus, amne  
 Oceanus, tenebris Tithonus, lilia dumis .

Nympharū  
 Vratislaviæ-  
 siū venustas.

Vidi ego myrrheis intextum crinibus aurum  
 Ambrosijs cœsisse comis : fassq̄ coruscum  
 Occuluisse decus fuluum pallore metallum :  
 Frons Parium marmor superabat, laspida vultus  
 Candida colla niues, Indum lato ordine fixus  
 Dens hebetabat ebur : Paphia formosa Diones  
 Ora rosas, crispam mentum tornatile buxum  
 Æquabat : nil deniq̄ erat mortale quod ausis  
 Dicere : formosæ præstans tamen illa BVDOORGIS

Viridaria a-  
 monissima.

*Nympha erat, Elysijs summis redimita capillis  
 Flore rosa. Nam si qui halantes floribus horti  
 Inuitant nymphas varijs, Bresleia Tempe  
 Tantum alios vincit; quantum Babylonia dirum  
 Atria pensilibus superarunt Caucasos hortis.  
 Hic velut Argivus in saltibus omnia rident  
 Floribus ambrosijs, violis ferientibus auras,  
 Iride spiranti, dum circum diues amomo  
 Stat seges, ac Paphijs sunt intertexta rosetis  
 Lilia, & irriguis è fontibus unda susurrum  
 Precipitata trahit: Zephyrisq; tepentibus aura  
 Mitis ad orbandos fragrantès Naiadas hortos  
 Bresleas cogit: viride hæc per gramen qberrant  
 Delibantq; noui redolentia germina campi:  
 Hæc caltham, illa rosas fruticosis demere gaudet  
 Stirpibus: hæc violas, violis hæc iungit acanthum;  
 Demetit hæc lychnin: nec amaracus, aut amarantus  
 Spernitur halanti similisq; lauendula nardo:  
 Dum modo scitã gerens virgo Bresleia Dionen  
 (Sic fauet Elysiæ solers natura BVDO RGI)  
 Ut roseo vultu, sic floribus æquet ijsdem.*

Vestitus mû-  
 ditics.

*Hoc etiam quod carmen erat, quod arundine nostra  
 Pandebam, vestis concha Sydonide tincta  
 Nature cingebat opus mirabile: & apto  
 Augebat formam, si non superabat amictu.*

Non



Non etenim tegmen raptus de subere cortex  
 Breslaum cinget: vel vellera dempta bidenti  
 Villosum patria texet velamen amictu:  
 Sed quæ Cassiteris fauorum ignara luporum  
 Et calat Babylon radio, ac aulaa superba  
 Attalica pinguntur acu, quæ stamina bombyx  
 Textit Arabs, nitide passim preciosa **BVDORGIS**  
 Indumenta parant: nec tinctus in Elide byssus,  
 Nec fecundus onyx, nec Ianthina vellere desunt,  
 Aut Hyali satura, aut velamina facta Pyropis.  
 Sed quid anhelantis remorabor arundinis alta  
 Voce melos? quod operta sinu natura profundo  
 Condit Fanareis abscondita faucibus; aut tu  
 Obruus immensis Neptune tridentiger undis:  
 Quas Cephæus ager, Meroe circumflua Nilo  
 Sepit opes diti tellure, aut fusca Syene:  
 Quas Pellææ Urbes Rhodiumue insigne colosso  
 Littus habet, vel habet glaci. Peræsthenis aruum  
 Ryphei tumuli vel bruma Caucasu<sup>re</sup> currens  
 Ultima vel Thule aut ambita Britannia Ponto,  
 Panditur omne tuis Nymphis pulcherrima **BRESLA:**  
 Panditur: & tota passim glomeratur ab Urbe.  
 Sed quis adusta audax per inhospitate sua Syenis  
 Lustra petet? quis non visa ceu Gorgone, sauo  
 Frigore dirigeat, cum rupe Promethea fixum

Mercaturæ  
 Vratislavië-  
 sium ingen-  
 tes.

Cernet? & inconstans quis puppibus equor arabit?  
 Sedulus hoc fugiens tentat mercator iniquum  
 Paupertatis onus: lucrum ingeniosus in omne.  
 Hinc quod procera Serpectit ab arbore, & vermi  
 Eripit Oenotrius, docto quæ pollice Arachnes  
 Æmula virgo parat: toto conquirat in orbe  
 Innumeram stipans mercem pertecta **BVDORGIS.**  
 Ergo quibus gaudet cum Syro, Cantaber, Afer,  
 Omnia si quis auct terra cognoscere in una,  
 Breslaas adeat cumulatâ mercibus ades.

Sed rudior nitido quamuis preciosior auro

Sit merx, censetur, ni docta comptior arte  
 Materiam superârit opus: quin vellera dextris  
 Optato argutis aptentur bombycis usus,  
 Ut sinuosa simul sacris multicia peplis,  
 Aut imbres pulsura chlamys, vel penula villis  
 Agelidis immunis aquis, & pallia rugas  
 Nescia, Achemeniogestata aut more tiara,  
 Aut Labyrinthi: si iungatur simbria gyris  
 Non opifex <sup>est</sup> Breslaeus cesserit urbi.

Sed mora longa foret dubio mandasse cothurno  
 Artificum innumeras acies: gnara s<sup>q</sup> cohortes:  
 Quarum alie ducunt muros; pressumq<sup>q</sup> lacunar  
 Imbricibus cingunt: alie sub culmine tuto

Innocuam ut degant fædo sine crimine vitam

Exer-

Opificum  
 Vratislauiē-  
 sium immē-  
 sa multi-  
 tudo.

Solertia.

Industria.

Exercent durum diuersa mole laborem.  
 Nam cum Vesanis exempta tumultibus Urbs est,  
 Inuigilant victu solertibus acriter horis:  
 Gn̄ara Vacunales ne lustret concio lucos:  
 Pars operi noctes addit; pars lumina paruo  
 Mersa sopore iterum caliginis exciet Umbris:  
 Ut tribuisse sacro census & munera fisco  
 Ampla queant. Nam fiscus aues Breslaeus opimo  
 Fœnore Casareas lassatas subleuat ungue  
 Vulturis Eoi: bimarem qui deserit Isthmum  
 Vnguibus ut patrios pullos euisceret uncis.  
 Hoc pulsura nefas alacri virtute BVDORGIS,  
 Diuitijs dubium validus ne potentior armis,  
 Ut Minijs Calais Zetesq̄ volatibus ambo  
 Insignes iuncti Phineia monstra domarunt,  
 Ensis oppugnat Geticas, auroq̄ cohortes:  
 Sola fere fusos valido dum Pannonas ambit  
 Robore: & ingenti dum proterit ære cateruas:  
 Æs est quippe datum; rutilo meliora vel ære  
 Tritica: triticea vel messe suauior huius? <sup>ar.</sup>  
 Vah iucunde liquor num zyte tacebere <sup>te.</sup> <sup>s?</sup>  
 Et cum fecundi potus sis carminis autor  
 Carminis orbis eris? celebrabere carminis autor.  
 Iamq̄ opus aggredior quo vel Cerealis Eleusis  
 Mulciberis perpressa faces, aut follibus antra

Maximi re-  
 dius ex vr-  
 be Vratisla-  
 uensi.

Cereuisiæ  
 Vratislaviæ-  
 sis encomiū.

Trina.

*Trinacrijs exusta iugis, aut Enna triumphet.*

*Scilicet est aliquid septemplex ostia Nili  
Irrorare agros Pharios: ut diuite censu  
Luxuriet messis Cerealibus ardua culmis  
Depressans spicas, & aristas farras ferentes.  
Hic melior cultura viget, vis promptior arui  
Unda Paratonij laribus producit aristis  
Tritica: at in lympham hic diffundunt tritica vires.*

*Mustea ne nobis carchesia Thyrsiger Euan  
Inuideas: quamuis Cereris latitare in aqua vim:  
Æqualemq; mero sustollet Musa liquorem.*

*Pampinus aut Hunnis oneratur vitibus: visus  
Gurges opacatur Rheni: Leo candidus ornos  
Vitibus intexit: sic Marchia gryphas obumbrat  
Et Veientanis præcingit fructibus arua.  
Si tamen incipiant gelidi discurrere nymbi:  
Algida tempestas immiti ut duret Olympo:  
Verberet & madidam imber humum: q; iterumq; ite-  
Illicò mordaci Lenæus acore coarctat (rumq;  
Guttur & ingratò ferit vdom rore palatum.  
Sin Thasi in tato turgescat gemma liquore:  
Solis ut igne subactus acor longè exulet vis:  
Haud pollinctorum sceteratas effugit artes  
Bacchus: ut aut lari rancore perunctus anhelet:  
Sulphura vel passus natura sordeat agræ.*

*Ergo*

Ergo vel ancipiti iactata Falerna tumultu  
 Immites sensura polos : vel fraudibus apta  
 Innumeris hominum Cereri concedere fas est :  
 Optata Cereri cuius vindemia certa  
 Elysij laudatur agris : cum torquet anhelos  
 Cynthia equos languens canis Erigoneius aestu.

Si qua satis fidis mandavit Tritica sulcis  
 Triptolemus iungens frenatos curribus angues :  
 Mitior Elysij largissima credidit oris.

Hinc adeo fetis cernas crepitantia culmis  
 Tritica (opus mirum) vasto redisse colono:  
 Unde citis pars fracta rotis gratissima liba  
 Format : pars lymphas mistosq; experta liquores  
 (Hoc mihi carmen erit) potus suavissima cunctis  
 Pocula nectarei prae libat, & aurea dona  
 Haud nocuum sulphur, nec aquas metuentia, & imbres.

Tritica nam collecta suis macerata sub undis  
 Siccata excrescunt : Vulcano postea & igne  
 Torrentur : mox tosta rotis franguntur adactis  
 Assiduis gyris : lymphis feruentibus hument  
 Postea : & unitis miscentur viribus, i. e.  
 Exultant flammis, & aheno robore feruiba  
 Elicit hic feruor vires, Cereremq; relinquit  
 Setigera pecudi, dum tritica viribus orba  
 Vesta saginato pecori submissa remittit.

Modus co-  
 ctionis.

P

Multa

*Multa breui : iucundum equidē aſt imitabile nulli  
Cœlitus hoc donum BRESLÆ eſt : nec coctio zybi  
Hac alio peragenda loco : ne deuius erres.*

*Sic mundi moderatur opes, ac diuidit orbis  
Diuitias ac dona Deus : non vitibus equi  
Elyſij memorantur agri : datur ilicet, iſpis  
Quod ſi non melius, ſaltem eſt æquale Falernis.  
Cum q̄ racemiferis non turgeat tua corymbis  
Sapius : ac promat Bacchum vindemia in anno  
Vnica : quinquaginta duo domus unica in anno  
Hic Cereris grato ſubigit ſacra dona liquore.*

*Allia ſi coluit cepas q̄ freti accola rubri:  
Quæ commeſta tamen faciunt ut anhelitus oris  
Fateat; Agninx cur non tollamus aquæ vim?  
Laticiam quæ pota parit, cura ſq̄ ſequeſtrat  
Ocyus : & nymphis formam, membriſq̄ vigorem  
Conciliat : feſſæq̄ affert alimenta ſenectæ.  
Quæq̄ peregrinus regionibus hauſta trophæum  
Immortale locat; patriamq̄ encomio honorat  
Elyſiam. Nam alio ſemotas ſidere terras,  
Quæ ſenſura Ungues validas ſunt Mœnalis urſæ:  
Abſis <sup>ne</sup>pleto ſi deuehat apta columno :  
Argu<sup>is</sup> reſerata ſono mox guttura pandit  
Munus Eleuſinium (quamuis viciatus aquarum  
Impetum, & inuiſo latices attraxerit ore*

*Sapius)*

*Sapius) insigniꝫ autores carmine tollant.*

*Si numeranda forent nunc quæ commertia BRES-  
Hæc altoris dona Dei cumulata referrent: (LÆ*

*Tunc orto quamuis ordiret sole poëma*

*Attamen haud finis, nec meta pateſceret auſis;*

*Quàm mergos ripæ ferrent, & acanthida dumi.*

*Nam quis inauditæ cenſus immenſa talenta,*

*Quæ ſacra maietas inuicti Caſaris armis*

*Mancipat Hungaria: aut melioribus uſibus aptat*

*Æſtimet? auriferi vix vellera Phasidos hiſce*

*Enituerè opibus: pallenti Rhenus arena*

*Vix tot adeſa vehit rutilanti grana metallo*

*Penſio Caſareo quot confert annua fiſco.*

*Deglubiffè pecus facile eſt: ſed reddere vellus*

*Difficile eſt utrumq; datum (vix Phæbe putares)*

*Fertilis agne tibi. Nam ſi quis gurgès anhelæ*

*Tergere poclaſiti, repetitis geſtiat anſis,*

*Is furias agni, atq; iratæ cornua tandem*

*Experietur ouis: tepidoq; exutus amiçtu*

*Argentès hyemès, ac udos ſentiet Auſtros:*

*Sin quis inaccitis Bachi furialibus anſis*

*Sedulò coçta paret feruenti tritica lympha:*

*Diuès Phryxæis dabit huic noua vellera lanis*

*AGNVS: & auratis cumulabit munera donis.*

*Sed quantas veçtigal opes, portoria quantas*

*Accumulant gazas tenebris emittere musso:  
 Ne quod selectis dapibus, quod Apitius escu  
 Dicitur admisisse nefas. laudatio zythi  
 In simulet sapido temulentam rore Thaliam.*

Vratislaviã  
 vina omniũ  
 optima de-  
 portantur.

*Sed tamen insigni gratam bonitate Lyæi  
 Augusta Cererem latices servasse BVDORGI  
 Nec pepulisse puta: docta dominatur in urbe  
 Laticia dator ingentis Semeleius Euan.  
 Lesbia, vis? nect̃ar? Mareotica? Chia? Falerna?  
 Non Metymnaam per carula marmora Lesbon  
 Panda puppe petas: Ganymedes nect̃ar olympo  
 Destillat: nec equis vatis Mareotidas vstas  
 Latoiposceus: Chiam nec Doride tentes  
 Sulcata Ægeam: varijs regionibus abses  
 Pleni, vina ferunt: dat Lesbia vina BVDORGIS:  
 His superi & Mareotis agris, his Chia, Falernis  
 Vitibus intexunt Breslæi vlmaria ciues.  
 Quæ gratos sudant virtute vrgente liquores  
 Munifica: dum larga penus recludit opimum  
 Dextra senatorum. Nam cum successerit hospes  
 Mœnibus Elysij, cui stemmate splendor auito  
 Emicat insignis; vel aqua eterna parata est  
 Gloria Castalij: vel honesta missus ab urbe  
 Maximus eloquio rerum moderatur habenas:  
 Continuo Methymnaeis generosa racemis*

Munificen-  
 tia Vratisla-  
 viensium in  
 tractandis  
 peregrinis.

Vina



Vina satellitibus tradit: venientis amico  
 Hospitis excipiens ingressum munere Iachi,  
 Neve graves epulis opulentia regia mensas  
 Deserat: en quanto Dictynna favore Lyaum  
 Insequitur, das vina pater Lense, dat escas  
 Arte Mycenæa iaculata sagitta Diana.  
 Nec tamen hic Arethusa tuos, nec Abantias arcus,  
 Hac Meleagros, Alphaeos altera amores  
 Placitura intendas: nec flos nunc pulcer, Adonia  
 Perdat apros: nimio venit squallore voluptas,  
 Quæ diros venatur apros: quod numine dextro  
 Si Cadmae nepos Aëtaon fortè notasses,  
 Non medio licitata foro tua viscera ciues  
 Ære reportarent vili: nec Mascula Pici  
 Turba ministerio Laurentis dedita: panda  
 Ora relaxasset turpes imitantiaporcus:  
 Nec Breslaeos membra focos stridentia latis  
 Verubus appositis torreret, & ignibus artus:  
 Ergo ut perplaceat tutis venatio syluis,  
 Cum desint casses, venantum & odora canumuis,  
 Tuta equidè BR Esla est: nummus tibi viuidus Vm-  
 Languida nec nimio distenta crumena metallo (ber:  
 Rete erit: auritos lepores indagine cingens,  
 Sin toruos cupies villosa fronte bisontes,  
 Aut armenta boum: bobus prestantibus ora

Victus Vra-  
 tislauiz ex-  
 quisitissi-  
 mus.

Tutissima  
 venatio  
 BR Esla.

Polonia &  
 Vngaria ar-  
 mentis Sile-  
 siam replet.

*Sarmatica est pragnans: nitidos dabis Hunne iuuen-  
Balantumq̄ greges vicinia, ab ubere raptas (cos:  
Setigera pecudus soboles, inuenta sagacis  
Ingeniosa gula, & saltus factura capella.*

Iucundif-  
mum aucu-  
pium.

*Pellacis memorem quid aues quas aucupis astus  
Decipit: hinc philomela volat, galerita, coturnix  
Merula, pauones, turdus, fringilla, palumbes  
Martis auis soboles, gallina, & Dedaia perdix;  
Et grata cervicis anas; aut gratior anser,  
Pauperiemq̄ perosus Ithis cui squallida Tereus  
Tumba fuit diro condens sua viscera ventre:  
Iamq̄ foco Elysio quem nouit Ionia quondam  
Attagen incaluit: nec auis Cythereia pullos  
Eripit insidijs, nec alaunda, nec impigra acanthis,  
Et Calechuta eos crista spirante furores  
Bile rubens gallus iucunda carne culinam  
Instruit: optatas præbens languentibus escas.*

Piscibus V-  
ratislavia  
abundat.

*Hinc procul hinc armenta freti Neptunia vasti  
Monstra maris: magnis terrarum ambitior in imis  
Qualia fert specubus: rerum portenta, physeter,  
Torpedo, loligo, scarus, scolopendra, fera sq̄  
Grandia cete orcas medio trepidantia Ponto.  
Poscitur è Viadrinam piscis squamiger undis  
Ad varios BRESLÆ iucundus, & utilis usus.  
Odera fluctuago patrius sulmone natatur:*

Oderæ fa-  
miliares pi-  
sces.

Puni-

*Puniceis aurata notis, acipenser adaētis*  
*Sulcat aquas squammis: anguilla volumina gyris*  
*Innumeris varians undas impellit in undas:*  
*Barbo Getas mystace refert: lupo dentibus unciis*  
*Assimilande lupis, Viadrina armenta laceſſis.*  
*Paruula sic latitat flauenti fundula arena:*  
*Parua quidem, laudata tuo, tamen inclyte quondam*  
*Cæſar auo: nat carpio aquis: nat in amne ſilurus*  
*Et mulos tenues ſubiens & perca penates.*

*Alcinoi hic æquantia agros viridaria letis*  
*Arboribus vernant, procero vertice olympum*  
*Pulsantes, grauidisq; ferunt ſacra munera ramis.*  
*Namq; tot Heſperides fructus, nec Adonidis horti*  
*Nec Pomona & Hamadryades, nec agreſtia Fauni*  
*Numina, fœcundis carperunt undiq; ramis,*  
*Quot BRESLA arboribus ſemper decerpit ab altis.*  
*Nam panacea legunt, ſimiliq; petiſia ſucco*  
*Pomaq; Lenæi vinacia plena liquore:*  
*Quæq; leuant agris febres, atq; arida ſanis*  
*Guttura iucundo rorant humore: ſed arctum*  
*Nec metri patiuntur opus nec clauſtra: volema*  
*Grandia: & Ambroſiæ cruſtumia odoribus aqua:*  
*Et pyra conceſſo faſtu penſantia molem*  
*Exiguam: pariter dolobellina, muſtea, vel queis*  
*Turbo dedit nomen, vel vaccis humor ademptus:*

Fructuum  
copia.

Pomorum  
rariffimorū.

Pomorum  
Mordiano-  
rum

Pyrorum.

Caſta-

*Castaneæq; calix rigidi quas ambit echinni,  
Et Cerasuntis opes, quondam Mithridate Lucullus  
Quas tulit in Latium pulso: nunc arte BV DORGIS  
Exuperat doctâ, varijsq; coloribus abdit.*

Exquisita  
pollet cibo-  
rum præpa-  
ratione.

*Sed natura hoc matris opus; quæ præta BVdorgis  
Farre, domos gazis, Viadrinas piscibus undas  
Ditat, & ambrosiam genialibus eruit hortis:  
Condere sed blando sic pulpamenta palato,  
Hoc est Artis opus, sic subdere verubus ignem  
Ne flagret nimio, vel lento aruina lique scat:  
Neve avidis immersa gulis alimenta rigores  
Cruda calefcentes cieant humoribus vstis.  
Hinc gratam motura famem iunxisse salubri  
Condimenta fauo; dulces & acore liquores  
Unire optato; res est cui BRESLA puellas  
Inuigilare iubet, primisq; incumbere ab annis.  
Ergo & lauticies si regnis vlla remotis  
Quauis Ambrosia, vel Nectare gratior omni  
Excolitur tantum concedent cætera BRESLÆ,  
Quantum Phæbe tibi tenebra, saliuca rosetis  
Sidera Lucinæ, Dis Musis, fluctibus amnes.  
BRESLA voluptatis mellita conscia eadem  
Munificas exercet opes: atq; vsibus aptat  
Innumeris: sordescq; fugit locupletis auaras  
Officio mentis: parto dominatur & auro.*

Elegantia  
in conui-  
uijs.

*Venerit*

Venerit huc gratus peregrinis hospes ab oris:  
 Aut Venus accensas pellex pulcherrima tadas  
 Praferat: Idaliusq̄ puer, puer aliger arcus  
 Corytumq̄ humeris quasset: felicia vibrans  
 spicula, flagranti quae stringant vulnere corda.  
 Tunc strato mora nulla super discumbitur ostro  
 Et lymphas Viadri gutturnia sculpta coarctant,  
 Quae dextras famuli rotant; Cereremq̄ canistris  
 Expediunt: stratum mensis mantile quod alta  
 Arbore Serpectit candet: penetralia cingunt  
 Arte laborata aulea, & longo ordine murex  
 Facta patrum referens: abacusq̄, refulget acernus  
 Calato argento: suaves exhalat odores  
 Acorus, aenanthæ, pulchra & rosa sacra Diones,  
 Et nullos viola grato violentia odore:  
 Hic viridans buxus, myrtusq̄ Erycina, rubrisq̄  
 Lutea calta notis, amarynthi & germen odores  
 Spargit: sunt intus famuli quibus ordine longo  
 Cura penum struere, & flammis adolere penates:  
 Et quater hic seni consueto more ministri,  
 Lancibus aut mensas onerant, aut cymbia ponunt  
 Plenaq̄ nectarei succo carchesia Bacchi.  
 Tum verò in tritum, succeta, obsonia, vastis  
 Increscunt patinis: succedunt dulcia acori  
 Atq̄ elixa asis: porcusq̄ in frusta resectus

Transadigit lepori rorans pinguedine suras.  
 Spirat & Ambrasiam pinguis qui corte sagina  
 Euirerat diti: quem nunc Nabathea recepto  
 Meßis odore parans iucundis addidit escis.  
 Vltima regalis tandem bellaria mense  
 Lancibus apportant famuli: Melicerides illic  
 Cum streptis taganite adsunt, reuoluta q̄ ad ignem  
 Liba, duplam pariter sensura ryemata flammam  
 Itria inescata q̄ insigni crepides arte:  
 Totus & Autumnus lances paterasq̄ cadofq̄  
 Pocula puniceis niuesq̄ coloribus arctat:  
 His simul & lepidis dulces sermonibus horas  
 Turba senum, iuuenumq̄ simul terit ordine honesto,  
 Tunc Charites Musæq̄ sonant: dabo carminis ipse,  
 Phæbus ait laudes: cesset tua vena: nec istam  
 Edocuisse lyram (qua splendida Iaspide & auro  
 Hactenus in viridi recubarat cespite) carmen  
 Detrecto: suauemq̄ dabit formosa **BU DORGIS**  
 Materiam: latisq̄ feret mea gaudia mensis.  
 Dixit: & intendens nervos hæc carmina lusit.

Quicquid immenso latet orbe, quicquid  
 Athenæ & tellus, mare, sidera, orcus,  
 Continet pressum tenebris corusca  
 Lampade lustro

Sed

Sed citis vastos metior quadrigis  
 Dum polos: semper remoratur ab ses  
 Bresla, dum currus, & equos, capistris  
 Detinet arctis.

BRESLA nam nobis Clymene, & Cyrene  
 BRESLA Daphnae pariterq; fronde  
 Grator, blandus facibus medullas  
 Molliter urit.

Tanta maiestas procerum, verendus  
 Subditi feruor, pietas, & altis  
 Aedibus tota dominatur ingens  
 Urbe venustas.

Ergo ubi vastum secet aethra moles  
 Celsa, supremo reserata Ioue,  
 Pulso ut exurgat pietas; veneno,  
 Ito Budorgin.

Vt virens densis Libanus frutetis  
 Balsamum sudet geniale Ioue:  
 Haurias sacro quoq; nectar ore,  
 Ito Budorgin.

Vt premi turba videas frequenti  
 Tempa, que sacri pariter fauore  
 Astu & verbi & pietatis alma,  
 Ito Budorgin.

Quis nitenti albas senium comaſq̃  
 Traicit penna, ut reuelentur amplo  
 Munere, & gratis dapibus fruantur,  
 Ito Budorgin.

Ut sacer nostris Helicon frutetis  
 Frondeat, lymphas gelida Hyppocrene  
 Spargat, & blandus rigat ora alumnis,  
 Ito Budorgin.

Pergamum, Thebas, Pharon, ac Athenas,  
 Ut penugam nitidum sacratam  
 Condat immensum superans metallum,  
 Ito Budorgin.

Neue egestatis truculenta dira  
 Noxa, Parnassum violet, corusci  
 Ut stipes aris releuet crumenam,  
 Ito Budorgin.

Hospes ingentis maris atq̃ terra  
 Ut petat tractus studiosa pubes,  
 Oppida, atq̃ vrbes, fluuiosq̃ lustrans,  
 Ito Budorgin.

Ambiat Daphnes meritos ut umbra:  
 Et suo virtus precio valorem  
 Sentiatur, celsa veneranda sede,  
 Ito Budorgin.



*Stemma quod priscis abauis, auisq̄,  
Et meis lymphis, Aganippidosq̄,  
Polleat gaza videas potenti,*

*Ito Budorgin.*

*Alta Maiestas celebris Senatus,  
Vt metu ciuis, simul & fauore  
Lancibus semper coalescat aquis,*

*Ito Budorgin.*

*Vt probos fasces tueantur: vnum  
Sontibus fatum celerent, cruento  
Funere, infandum scelus expiando,*

*Ito Budorgin.*

*Vt faces ira, Veneris furorem  
Et latefcentem fugiat Lauernam  
Fur, salax mæchus, rruulentus hostis,*

*Ito Budorgin.*

*Vt salebrosas medijs viator  
Semitas, tutus tenebris frequentet,  
Nec latro querat dubias latebras,*

*Ito Budorgin.*

*Peruium parui pateat tugurij  
Ne Getis limen: sed vt alta moles  
Arceat turmas, rabiemq̄ diram,*

*Ito Budorgin.*

*Arma, bombardæ, catapulta, tela,  
Militi, ciui, patribus, iuuentæ,  
Ne loco defint habili locanda,*

*Ito Budorgin.*

*Vt famem flana Ceres aucta messe  
Pellat inuisam: nec ador theatris  
Spelta nec desit, nec auena, nec far,*

*Ito Budorgin.*

*Halet ut gratos panacea odores:  
Et mea tabes ruat exul arte:*

*Nec venenatis rapiare morbis:*

*Ito Budorgin.*

*Vno emas vastus quod habet vel orbis*

*Vt locolassis medicamen agris:*

*Dulce lenimen pariter palati*

*Ito Budorgin.*

*Turpis infesta vapor ut mephiti*

*Pulsus immiti relegetur Austro,*

*Et Fauon spiret Zephyro salubri,*

*Ito Budorgin.*

*Vt polo iunctus renitescat imbrex:*

*Splendicet fuluo laquear metallo:*

*Atq; ebur saxo Pario nitescat:*

*Ito Budorgin.*

*Ciuius*

*Ciuihus dignis clueant ubi ades  
 Nasse aues culta, & sacra disciplina  
 Semper in natos vigeat tenellos  
 Ito Budorgin.*

*Urbe pacata placidus quietam  
 Ciuis ut vitam tueatur aptis  
 Deditus sacro studijs labori*

*Ito Budorgin.*

*Lacteo collo, roseoq; vultu  
 Vincat ut raptam generosa Nympha  
 Tyndarin, Thisben, Danaen, & Aglen*

*Ito Budorgin.*

*Flammula absistant placidis ocellis,  
 Vestibus nostriq; hebetentur abses,  
 Dum relucescunt rutilus pyropis,*

*Ito Budorgin.*

*Afer exusta quod auet Syene  
 Condere, & Syrus rutila Damasco;  
 Quodq; Iber sparsim, videas ut vna,*

*Ito Budorgin.*

*Vt sequestratis animosa curus  
 Pocula, & dulces imitantia vuas  
 Sæpius lassa repetas crumena*

*Ito Budorgin.*

*Grande*

Grande natura patuisse cunctis  
 Ut penu cernas, nec abesse quicquid  
 Lauta conquirunt alimenta passim,

Ito Budorgin,

Ut feris sylva, ac auibus fruteta,  
 Piscibus lymphæ viduentur, ipse  
 Mittat Autumnus pyra, poma, & herbas,

Ito Budorgin,

Hæc cibi solers paret ut repertum  
 Suavis, & fuluo dominetur auro  
 Diues ac auro potior voluntas,

Ito Budorgin.

Ergo vel nostros radios Budorgis  
 Nesciet, lumen rutilum quadrigæ  
 Nescient Phæbes, vel opaca olympi

Nox premet astra:

Ante feruentes Nemeæus horas  
 Contrahet tardum, Leo, Capricornum  
 Sentiet vastis tepuisse flammis

Mænalis ursa:

Ante humus transtris ferietur: abses  
 Conterent lymphas: & amœna prata  
 Pisce tondentur, liquidum bidentes

Nerea findent:

Ante

Ante conuexum grauidas aristas  
 Proferet cælum, violatum aratro,  
 Et nouis passim rutilabit astris  
 Marmor & arua.

Ante conuertet refluas arenas  
 Odera, & pinu viduatus alta  
 Æthra pulsabit gelidum Zabothus  
 Vertice glabro.

Quam sacra felix pietas *BVDORGIS*  
 Aut Themis, vulgi aut pia disciplina,  
 Splendor, & virtus generosa, claram  
 Deferat urbem,


Finierat, tremuitq̄ assensu ripa potenti  
 Odera: & ceptato fremuerunt murmure sylua  
 Ipse Chelyn tangens placida modulamine Vocis  
 Personuit Phœbus: tenuesq̄ recepit in auras.  
 Quin etiam fausto turgentia carbasa vento  
 Ipse lego: prensa portus tellure patescit  
 Dum propior. Supreme Deus: cum compare Nato  
 Summe parens, Aura & consors, & trine Senatus  
 Cuius in expleto mundi admiranda fauore,  
 Machina perpetuò conuexo pondere nutat:  
 Et certa libras titubantia fata bilance  
 Neue atrox serpens Sathanas, Phlegethontius anguis,  
 R Turbine




Turbine præcipiti speluncis liber ahenis  
 Verrat humum, pariterq̃ ferat maria, æthera, tu  
 Obstas: nec nostris patrias vagitibus aures  
 Obstruis: & gemitus celsus perumpere nubes  
 Afferis imbelles, ac lucida adire theatra:  
 Hæc quoq̃ vota mee Musa placabilis hauri.  
 Cernis ut exerto truculentus acinace Turca  
 In nobis tua membra secet: tua vulnera Christe  
 Turca nouat: tibi sacrilegus diro ore cerasta  
 Ingeminat vulnus, membra ictu saucia pulsans.  
 Ergò qui Scythicas ultrici fulgure turmas  
 BRESLÆIS vsisti oris: nunc sulphure diros  
 Æterno depelle Getas: barathroq̃ sepultus  
 Tartareo, & tostos phlegmæ ignibus ure.  
 Ne quæ Ecclesiolis VNVM studiosa Budorgis  
 TE colit innumeris: Scythicis ululatibus (eheu  
 Ioua pater prohibeto nefas) exusta tremiscat:  
 Atq̃ indignanti Viadri sancta antra resulent.  
 Quo Mahometigenæ pulsarint murmure cælum.  
 Horrida pelle etiam diro quæ Sirius astu  
 Corrupto cæli tractu contagia spargit:  
 Ditiq̃ herboris populosa & grata BVDORGI  
 Farra metantur agris: nec adesa palatia flammis  
 Subsideant BRESLÆ Vesta aut redigantur in auras.


Da quoq; Casareas Aquilas, quas diue RODVLPHE  
 Auspicijs vibras felicibus alitis umbras  
 Seruare Elysij: clari generosa Senatus  
 Cepta foue: summa & faustis euentibus ausa  
 Prospera; & ut famula plebi consortia semper  
 In melius cedant, nutu largire valenti.  
 Deniq; nulla feri gliscat violentia fati  
 Elysij's campis: Sed splendida ut hactenus urbis  
 Excubias pater optime agas: validaq; cohortes  
 Aligeras virtute loces tuto undiq; vallo.  
 Sic roseo vernans latissima palmite BRESLA  
 Florebit: veneransq; sacris altaria donis  
 Semper opus, nomenq; tuum, laudesq; sonabit.














Biblioteka Śląska

46.1594

I

*cimelia*

XVI

Kzg 1 2857/67 100 000